IGitur dum post concilium hierosolymitanum arri⁹ venisset in egyptum alexãdrina ecclesia eius euitante communionem rursus venit ad constantinopolitanam vrbẽ: concurrẽtibus illic consectatoribus eius ⁊ obediẽtibus Eusebio nicomedie episcopo ⁊ concilium celebrari volẽtibus. Horum studiũ sentiẽs alexander: tũc constãtinopolitanus episcopus nisus est soluere tale conamẽ. Cumqꝫ hoc nõ valuisset implere aperte arriũ nisibus interdixit: nõ licere eũ ecclesiasticum esse dicens ad infirmandam sententiam episcoporum pene totius terre secum conuenientium in nicena vrbe. Eusebius autẽ ⁊ qui circa eum erant dum primo sermonibus flectere nequiuissent alexandrum: postea cũ terrore minabantur: q2 nisi susciperet arriũ certa die ipse quidẽ deportaretur exilio: arrius autem in communione susciperetur vniuersorum. Et post hec ab alterutris recesserunt. Illi quidẽ diffinitam diẽ expectantes: vt suas minas implerent. ❡ Alexander aũt orabat ne **B** ad perfectum verba Eusebiũ peruenirẽt. Maxime autem ei terror ingerebatur eo q̃ impatori iam pene suaserant vt faceret quod ipsi volebãt. Ante vnũ vero cõstituti diẽ prosternẽs semetipsũ sub altari tota nocte iacuit pronus rogans deũ vt impediret terminũ inimicorũ eius. ❡ Socrates. Hec igitur

❡ Alexãder pronus orabat: imperator aũt de arrio experiri volẽs eum ad palatium euocauit: percũctatusqꝫ eum si niceni concilij decreta seruaret. Ille vero nihil moratus repente subscripsit decreta fidei per subscriptionem arte callida circumuentẽs. Et imperator quidẽ miratus ei iniunxit iusiurandũ. Qui etiã hoc fraudulẽter egit quodãmodo iusiurãdũ arte deludẽs. Quod aũt audiui de hac machinatione cõscribo. Ferũt enĩ cõscripsisse arriũ: sectã suã in charta quã sub ala ferebat: vñ vere se iurare credidit dicens sic se sapere sicut scripsisset. Hoc enĩ ita factũ audiens ego cõscripsi: q2 vero ⁊ iusiurandũ prebuit: ex epistolis imperatoris agnoui. Credens igit imperator suscipi eũ ab epõ cõstãtinopolitane vrbis alexãdro in cõionẽ pcepit. Erat enĩ tunc sabbatũ. Et sequẽti die eos communicare expectabat alterutris. Sꝫ presumptiones arrij iudicia dei secuta sunt **D** Nam dũ egressus ex imperiali fuisset aula obsequijs honorabatur satellitũ Eusebij ⁊ per media tũc ciuitate perspicuus apparebat. Cumqꝫ venisset iuxta locũ qui est vocabulũ cõstãtini forũ vbi coluna porphiretica collocata est terror eum subito ex quodam conscientie reatu constrinxit: ⁊ cum formidine secuta est ventris effusio. Percũctatusqꝫ si secessum esset in proximo: ⁊ agnoscẽs esse post constantini forũ perrexit illuc. Quo facto: defect⁹ eũ qdẽ cũ effusione corripuit ⁊ vna cũ stercorib⁹ meatus quoqꝫ plapsus est. Tũc ergo concipitur sanguinis multitudo cũ subtilibus intestinis subsequẽter effluxit. Decurrebatqꝫ pariter cũ splene etiã interna iecoris. Et ita factũ est vt repente sequeretur ⁊ mors. Secessum vero vbi talia gesta sunt in cõstantinopolitana vrbe mõstrabãt sicut dixi post ɔstãtini forũ atqꝫ marcelli in porticu ɔstitutũ. Omnesqꝫ trãseũtes digito notabãt locũ detestabilẽ arrij recordantes interitum. ❡ Sozomenus. ❡ Post aliquot tpš qdã fautorũ arriane vesanie diues ac potẽs studium habuit eundẽ locũ a publico com **E** parare: vt destruens quod erat primitus domũ ibi cõstituit/quatenus obliuio facti procederet ⁊ ꝑ successiones huiusmodi me=

moria deperiret. Fama tñ per cunctam cucurrit ciuitatē ⁊ orbi terrarum mortē arrij declarauit. ¶ Capitu. vndecimū.

Arrij vero dogma licet apud multos disputationibus extolleretur nondum tamen in proprium discernebatur populū aut in nomine cōstabat autoris: sed omnes simul in ecclesia veniebant atq₃ communicabant preter nouacianos ⁊ qui vocabantur friges ⁊ valentinianos: ⁊ marcianistas: ⁊ paulianistas: ⁊ qui alias hereses colebant. Contra quos omnes imperator posita lege sanciuit auferri eorū oratoria ⁊ ecclesijs applicari: ⁊ neq₃ in domibus priuatorum eos congregationes nec publice celebrare. Melius enim iudicabat in ecclesia catholica cō muni cādum ⁊ in eam cunctis cōuenire suadebat: propter quaʒ legē arbitror hereticum memoriā fuisse destructam. Naʒ priorum principū tpibus xpī cultores licet sectarū diuersitate differrēt / apud paganos tamen xpiani esse putabantur: et similiter passionibus subiacebāt / ac semetipsos propter cōes persecutiōes examinare non poterāt: ⁊ ppterea facile inter se cōueniēt eos missas celebrabāt. Et licet essent pauci non tñ videbant esse diuisi. Post hanc vero legem neq₃ publice in ecclesias poterāt cōuenire neq₃ latenter dū epi ciuitatū ⁊ clerici obseruātes talia prohiberēt. Hinc ergo plurimi metuētes ad ecclesiā se catholicā ɔtulerūt. Alij vero māserunt in sua sniā nō tñ successores hereseos reliquerūt. ¶ Socrates. ¶ Capitulum duodecimum. A.

Vmq₃ gloriosissimus imperator potius christianitate gauderet ⁊ vere dei testimonio fide nicena roborari cognosceret ipse q̄ mente arrio seruiebatur. Qui cum A tres habuisset filios eos cesares nūcupauit ⁊ singulos eorū p decēnos annos imperij sui pricipes esse ɔstituit. Idest primū qdē filiū sui nois cōstātinū hesperiarū partiū in decēnali suo fecit habere principatū. secundum vero aui nomine constantius in vincennalibus suis cesarem in oriente constituit: minorē vero constantem in suis tricennalibus ordinauit. Anno vero post hec transacto ingressus sexagesimumquintum etatis annū: egritudine captus ex vrbe cōstantinopolitana qua si ad calidas aquas egressus est.

¶ Theodoricus. ¶ Qui cū nicomedia degeret ¶ lāguore grauat̄ nec ignorās vite huiꝰ incertū: grām sacri baptismatis est adeptꝰ. Distulerat em̄ vsq₃ ad illud tempus: in iordane fluuio hoc promereri desiderans. Porro aūt tres filios imperij reliquit heredes ⁊ athanasium magnum reuerti precepit in alexandriā licet eusebius phs esset: ⁊ niteretur contraria suadere. ¶ Sozomenus. ¶ Nicomedia i suburbano sacri baptismatis domis initiatus est. ¶ Socrates. D Ita facto testamēto tribus filijs cōstitutis heredibꝰ est defunctus. Corpus aūt imperatoris in aureo loco collocatū: ad cōstantinopolim est deuectūr in palatij celso loco repositū. Quod in multis honoribus atq₃ veneratione quasi viueret habebat: donec aliquis filiorū eius assisteret. Postea vero ab oriente. Cōstātio veniente cum imperialibus exequijs funus eius sepultum est in ecclesia. Quam ppterea fecerat ne imperatores ⁊ sacerdotes reliquijs priuarentur apostolorū. Vixit autem Cōstātinus imperator annis sexaginta ⁊ quinq₃. Regnauit aūt3 triginta ⁊ vno. Defunctus est consulatu feliciani ⁊ taciani: vicesimasecunda mensis maij qui erat annus secundus ducentesime octaue olimpiadis.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipiunt tituli libri quarti.

i Quomodo per quendaʒ presbyterū dogma arrij pullulauerit.
ij Quomō athanasius fauore ɔstātini minoris alexandriā remeauit ⁊ eiusdeʒ epistola cōstātini.
iij De insidijs Arrianorum aduersus athanasium.
iiij De morte constantini minoris.
v Quia athanasius Arrianis bella sibi denuo suscitantibus ad partes secessit italie.

vi Quid de athanasio iulius decre nit episcopus.
vii Quia constans imperator par tes fouerit athanasij.
viii De morte alexādri constantino politani episcopi ⁊ ordinatione apud orthodoxos pauli apō ar rianos macedonij.
ix Quia remoto paulo eusebi⁹ ni comediensis constantinopoleos inuasit episcopatū ⁊ de anthio cheno ɔcilio ⁊ ordiatiōe eusebij in alexādriā ⁊ post eum gregorij ⁊ de trāsformatiōe niceni ɔcilij.
x Epistola anthiocheni ɔcilij ⁊ de fide et de bello francico et de an thiochie terremotu.
xi Quomodo gregorius alexādriā venerit et fugerit athanasius et que mala p gregoriū gesta sint
xii Quia mortuo eusebio paulus in ecclesiā rursus introductus est ⁊ ab arrianis macedonius con stitutus.
xiii Quō hermogenis magister mi litum volens paulū ecclesia pel lere a populo sit peremptus ⁊ q̄ vindicta processerit.
xiiii Quia gregorius ab alexandria remotus: gregorius arrian⁹ ibi fuerit euocatus.
xv Athanasio paulus ⁊ alijs ortho doxis episcopis rome positis q̄d orientalibus iulius romanus re scripserit.
xvi Quid orientales iulio rescripserit
xvii Quid athanasio alexandria re meante prouenerit.
xviii Quomodo paulus denuo cōstā tinopolim sit expulsus ⁊ que ne ces introducte in ecclesiam ma cedonio sint facte.
xix De calūnijs cōtra athanasium.
xx De legatis orientalium episco pis apud constantē directis pro his que gesserunt.
xxi Quia constans fratrem pro fide monuerit ⁊ quia cōstantius sar dice conciliū cōuocari precepit.
xxii Athanasij relatio de nece pauli constantinopolitani pontificis.
xxiii De conuētu episcoporū in sardi cen. conciliū.
xxiiii Litere sardicen. concilij ad vni uersos episcopos.
xxv De legatis sardicen. ad constan tium destinatis et de nephan da machinatione contra eos ab stephano anthiocheno presule concinnata.
xxvi Epistola constantij ad athana sium vt ad eum veniret.
xxvii Alia epistola eiusdē p eadē re.
xxviii Tertia eiusdem.
xxix Epistola iulij ad alexandrinos pro athanasio.
xxx Quid constātius petierit atha nasiū ⁊ q̄d athanasi⁹ a cōstantio. Et quō orthodoxis pōtificibus recipiētibus suas ecclesias he retici sint expulsi.
xxxi Epistola constantij per quā oīa gesta cōtra athanasium habita sunt cassata.
xxxii Epistola constantij ad alexādri nos vt susciperēt athanasium.
xxxiii Epistola cōstātij pro athanasio vt aboleret q̄cq̄d pro athanasio gestum est.
xxxiiii Quō athanasius alexandriā sit reuersus.
xxxv Quibus occasionib⁹ tūc res pu blica turbabatur ⁊ diuisione an thiocheni populi propter fidem.
xxxvi Epistola hierosolymitani ɔcilij ad egyptiacos epōs.
xxxvii De magnentio ⁊ de bertrāmo ne atq; nepotiano.
xxxviii De insidijs contra athanasium gestis et de leuitate constantij.
xxxix De macedōio eiusq; crudelitate

Incipit liber quartus.

Sozomenus.

Capitulum primum.

Igitur sub im perio constantini per ecclesias talia proue nerunt. Quo morien te rursus ad querimo niam venit dogma ni ceni concilij. Nā licet

viuente constantino nō cū omnes suscipe-rent: tñ aperte renuere non audebāt. Quo moriente plurimi se ab eo indubitāter abstinuere concilio. Erāt enim isti qui etiam primitus videbantur esse suspecti. Precipue vero arrij sectatores eusebius & theonius cuius dogma se firmare credebant si reuerti athanasium prohiberent & consectatori suo egyptiace diocesis iura cōtraderent. Et illi quidem hec agebant ministrante sibi p̄sbytero per quem temporibus constantini arrius fuerat reuocatus. Erat enim is presbyter cōstātio quoq; gratus eo q᷑ paternū ei seruaret testamentū: ita vt vsq; ad pricipē palatijq; potētes haberet accessum. Eusebius autē in aula imperiali videbatur ita perspicuus: vt suos cōsectatores faceret augustos ac pceres. Quāobrē de dogmate rursus priuatim & publice disputatiōes crebro pferebātur. Et simul iniurie inimicitie & plurima que ex talibus solēt sepius euenire.

Capitulum secundum.

Nterea ab occidē tali pte athanasius in alexādriā est reuersus quē et cōstātinus viuēs redire mādauerat. Dicit autē q etiā testō voluit hoc conscribere sed qm̄ ita defunctus est eius maior filius constantinus hesperiarū partiū princeps hoc egit literasq; huiusmodi ad populū destinauit alexādrinum Constantinus cesar populo ecclesie catholice alexādrie cōstituto. Neq; vestrā sacratissimā mētem arbitror ignorare propterea athanasium adorande legis predicatorē ad tēps gallijs fuisse directū: qm̄ ferocitas crudeliū inimicoꝝ ei⁹ in periculo sacri ei⁹ capitis imminebat: ne forsā per malignorū calliditatē aliquid incōgruū sustineret. Ut ergo hoc euitaret ab imminētibus sibi necessitatibus est ablatus. Et ita me iubente habitare p̄ceptus est vt in hac ciuitate in q̄ degebat bona ei necessaria nō deessent. Talis eīm est ei⁹ venerabilis v̄tus diuinis freta solatijs vt etiā molestias asperioris fortune despiciat. Quapropter licet ad charissimā reuerētiā vestrā dn̄s noster beate memorie constātinus pius meus pater eundē ep̄m in suo loco restituere pposuerat: tamē qm̄ humana sorte preuentus anteq̄ hec cōpleret vota requieuit: cōsequēs arbitratus sum voluntatē digne memorie imperatoris implere. Qui dū ad vos remeauerit qualem a me venerationē habuerit agnoscetis. Nō enim mirabile si quid in eo gessimus qd̓ laudetur. Meā nāq; animā imago desiderij vestri & schema tanti viri ad hoc monuit & inuitauit. Diuina prouidentia vos custodiat fratres dilectissimi. Capitulum.iij.

His literis fretus athanasius alexandriam venit li A bēterq; cū pleps alexādrina suscepit. Arriani vero coniuratione facta aduersus eum frequentes seditiones subinde suscitabant per quas occasio prebebatur eusebio vt derogaret ei apud imperatorem quoniam non decernente cōmuni cōcilio episcoporum autoritate sua arripuisset ecclesiā. Tātumq; his derogationibus actū est vt indignante imperatore de alexādria vrbe pcederet. Eodē tpe eusebio moriēte ep̄o cesarie palestine cognomēto pā B phili agapius discipulus eius suscepit episcopatum q̄ & alios plurimos edidit libros & de vita doctoris sui multa conscripsit.

Sozomenus. Cap.iiij.

Non multo post tempore & constātinus imperator cōstātini maioris fili⁹: dū nitit̃ suadere partes iunioris fratris cōstātis circa aquileiā cōgressione facta perimit̃ consulatu acinnidi & procli. Quamobrē romani imperij principat⁹ occidētaliū q̄dē partiū puenit ad constantē/orientalis autē ad constantiū. Theodoricus.

Capitulum.v.

Eodē tpe quo cōstātin⁹ perenne trāsiuit iperiū testō filijs temporale distribuēs regnū: nullus eīm corꝝ erat phs presbytero a soror

re ꝓpria sibimet cõmẽdato suũ credidit testamentum/precipiens eũ constantio dari qui iter alios videbat esse vicinior & prius venire posse credebat. Hic iste cõstantio factus notus: tradito testõ accepit ad eũ ingrediẽdi fiduciã. Qui vidẽs facile constantij voluntatẽ & velut calamũ ventis accedẽtibus agitari presumpsit cõtra euãgelica dogmata bellũ assumere: & aduersus ecclesias asperrimam erigere tẽpestatẽ. Dicebat ẽm esse culpabiles q̃ cõsubstãtialitatis vocẽ que scripta nõ inueniret i fidei doctrina posuissent: quod inter sacerdotes & eos discordiã generaret. Hinc ergo athanasium & eius sectatores accusans insidias instruebat. Huius cooperatores erãt eusebius/ & theognius & theodorus perinthius/ qui eloquentior videbatur & scripsit explanationes euangeliorum quem plurimi heracliotẽ vocãt. Isti namq̃ sepius venientes ad imperatorem reuersionem athanasij multorum causam asserebant esse malorum: & non solum egyptum sed etiam palestinam et fenicem: vicinasq̃ gẽtes eius gr̃a dicebant esse turbatas. Proinde huiusmodi verbis leuissimam obsidẽtes imperatoris intentionẽ suaserũt vt athanasiũ ab ecclesia rursus expelleret q̃ agnoscens eorum conciliũ ad partes hesperias abijt. ¶ Capitulum. vi.

VErũ eusebius eiusq̃ consortes calũnias in athanasium factas iulio romano pontifici destinauerũt. Qui ecclesiasticam sequẽs legẽ: etiã ipsis romã venire pcepit & venerabilẽ athanasiũ ad iudiciũ regulr euocauit. Ille continuo euocatiõe suscepta venit: calũniarum vero sarcinatores rome q̃dẽ pfecti nõ sũt scientes facile suũ posse capi mẽdaciũ. Sz vidẽtes oues pastore desolatas lupũ super eas ꝓ pastore cõstituerũt. i. gregoriũ q̃ sex annis bestijs ferocibus crudelius ꝯsuspenã malicie sue soluit ab omnibus amarissime laniatus. ¶ Capitulũ. vij.

AThanasius autem veniẽs ad cõstãtẽ postq̃ cõstantinus minor fuerat bello defũctus: arriane cohortis cũ gemitu referebat insidias: & bellũ cõtra apostolicã fidẽ gestũ patrisq̃ eius nomẽ maximuq̃ cõciliũ ab illo celebrati memorabat: & q̃m cõi lege synodus roborata videret hec insinuãdo cũ lachrymis ad paternũ zelũ excitauit iperatorẽ. Mox nãq̃ vt hec audiuit/mãdauit fratri: monẽs vt pn̄e pietatis inuiolabilẽ seruaret hereditatẽ cũ & ille pietate gubernãdo regnũ & romanorum euicisset tyrannos & gentes positas i circuitu subiugasset. ¶ Socrates.

¶ Capitulum. viij.

EIs siquidẽ tẽpestate cõstãtinopolim altera priore superior turba ex huiusmodi cã pcessit. Alexãder cõstãtinopolitane psul eccl'ie post decertatiõnẽ cũ arrio terminatã ex hac vita recessit ẽtat' tricesimo tertio vite anno nonagesimo & octauo: nullũq̃ i suũ ꝯstituit locũ: sz mãdauit vt vnũ ex duobus q̃s ipse nolaret eligerẽt. Et siq̃dẽ vellẽt docibilẽ simul & vite optime testimonio decoratũ: paulũ a se p̄sbyterũ ordinatũ: viz q̃dẽ etate iuuenẽ sz sapiẽtia senẽ: eũm sibimet ordinarẽt. Si v̄o ex habitu solũmõ reuerẽtie eligere vellẽt: macedoniũ facerẽt huc dyaconũ existẽtẽ: qz & etate senior videret. Ex hac cã maior cõtẽtio ꝓ eũ ordinatiõe surrexit: ecclesiãq̃ turbauit: cum populus vtiq̃ in duas diuisus eẽt aliũ q̃ dfenderet arrianũ dogma: alij vero niceni decreta ꝯcilij. Igitur donec alexander viueret omousiani potiores erãt arrianorum qz illi quotidie ꝯuicti minuebant. Cũ v̄o alexãder obisset cõtẽtio rursus ex vtraq̃ pte ꝯmota est. Quapropter omousiani paulũ ordinauere põtificẽ/arriani v̄o macedonianũ: & i ecclia q̃dẽ herene cognomie q̃ est vicina iuxta basilicã sophiã paulus est ordinatus: in quo poti' alexãdri snia ꝓlata videbat.

¶ Capitulum. ix.

POst paululum v̄o tẽpus imperator ad cõstãtinopolim veniẽs/idignat ob ordinatiõnẽ factam arrianorum.

Episcoporum autem cōstituto concilio
paulū quidem remoueri fecit: eusebium
vero ex nicomedia migrātē cōstātinopo
lim/episcopum esse decreuit. Quo facto
anthiochiam profectus est imperator.
Eusebius itaq; nullomodo cessare patie
batur sed omnia B commouebat do
nec suum propositum perduceret ad effe=
ctum. Egit ergo vt in anthiochia syrie sy
nodus fieret sub occasione quidē dedica
tionis ecclesie quam pater augustorū fa
bricari ceperat: et post eius obitum con
stantius decimo anno eā a tempore fun=
dationis expleuerat. Pro veritate autem
ad subuersionē atq; destructionem nice
ni concilij. Ad quam synodum conuene
runt ex ciuitatibus diuersis episcopi no
naginta. Maximus tñ hierosolymitan⁹
macharij successor nō affuit cogitans q:
ei posset subripi: vt in dānatione subscri
beret athanasij. Sz neq; iulius interfuit
maxime ro C me presul: neq; in locū
suum aliquem destinauit cum vtiq; regu
la ecclesiastica iubeat non oportere pre=
ter sententiā romani pontificis conciliū
celebrari. Fit ergo syno D dus in an
thiochia sub presentia. Constantij prin=
cipis. Consulatu marcellini ⁊ probini.
Erat autē quintus annus mortis. Con=
stantini patris augustorū. Presidebatq;
tūc ecclesie anthiochene flacillus succes
sor Eufronij. Fautores igit Eusebij ope
repretiū iudicātes athanasio derogare
primum quidem calūniati sunt quasi ex
tra regulam egisset quam tūc ipsi decre=
uerant quoniam non ex sententia com=
munis cōcilij episcoporum receperat sa
cerdotium: sed sibimet arrogando in ec=
clesiam fuisset ingressus. Deinde qm̄ ei⁹
aduētu turba generata plurimi seditio=
ne sint mortui: ⁊ quia aliqui ab athana=
sio cesi: iudicibus dicerentur esse contra
diti. Hac derogatione tunc habita con=
stituerunt epm̄ in alexandria: primo qui
dem eusebium cognomento emesenum.
Quo ordinato ⁊ in alexandriam ire me
tuente: gregorium fecerūt epm̄. His ita
gestis transformauerunt fidem nihil qui
dem culpantes niceni cōcilij: sed princi=
pium prebentes quatenus frequentib⁹
concilijs alia subinde mutantes ⁊ recitā
tes terminus fidei paulatim in arrianam
vesaniam repedaret.

¶ Capitulum.x.

NOs neq; sequaces
arrij sumus/quō eñ epi pre
sbyterū A sequeremur?
neq; aliā quāpiam fidē absq;
exposita antiquitus suscepi=
mus. Sed etiam nos examinatores ⁊ co
gnitores eius fidei facti sum⁹ ⁊ iudicaui
mus potius q̄ secuti sumus. Didicim⁹
eñ ab initio credere in vnū deū omniū:
deum vniuersorum intelligibilium/sen
sibiliūq; creatorem: ⁊ prouisorē, ⁊ in vnū
filium vnigenitū ante omnia secula exi=
stentem/⁊ cum suo genitore manētē per
quem ⁊ omnia facta sunt visibilia ⁊ inui
sibilia: ⁊ qui in nouissimis tpibus p bo=
nam volūtatem patris descēdit ⁊ ex san
cta virgine carnē assumpsit ⁊ omnē volū
tatē patris sui impleuit: passus est ⁊ re=
surrexit i celos ascēdit: in dextera patris
sedet venturus iudicare viuos et mor=
tuos ⁊ rex permanet ineternum ⁊ deus.
Credimus ⁊ in spiritūsanctū. Si autem
adijciendū est credimus ⁊ de carnis re=
surrectione ⁊ vita ppetua. Hec in prima
scribentes epistola ciuitatibus dirige=
bant. Sed post paululū aliā in B an
thiochia dictauerunt. Eodē tēpore etiā
rempublicā cōtigit valde turbari: Gens
nāq; francorū circa gallias cōstituta: ro
ma C nis erat infesta. Tūc eñ etiam
terremotus maximus in oriente factus
est: ⁊ precipue in anthiochia: que anno
iugiter est commota.

¶ Capitulum.xi.

INterea gregorium
deducebat in Alexandriam
syrianus magister militie: ⁊
cum eo armati milites nu=
mero quinq; milia: quibus
⁊ iam aderāt arrij sectatores ibi moran=
tes. Sed quomodo athanasi⁹ ecclesia pul
sus ne caperetur effugit: arbitror esse, dicē
dum. Erat eñ vespera ⁊ populus in vi=
gilijs obseruans. Sperabaturq; futura
collectio. Inter hec venit magister mili
tū ⁊ circa ecclesiā per cohortes suos nu=

lites ordinauit. Athanasius autē vidēs que fiebant cogitauit ne propter se vlla lesio populo proueniret/ et precipiens dia conovt cōpleret orationē rursus psalmū fecit imponi. Dūqꝫ cōsonātia celebraret per vnā ianuam ecclesie egrediebantur oēs. Quo facto milites quidē sine cōmotione steterunt. Athanasius autez inter medios psallentiuz illesus abscessit. Et hoc modo fugiēs rome pfectus est. Porro gregorius Alexandrine tunc presedit ecclesie, Alexandrinoꝝ vero plebs nō ferens quod erat gestum/ecclesiam q̄ dionysii nuncupatur incendit,

¶ Capitulum.xij.

Eusebius autē legatione misit ad iuliū romane vrbis epz rogās vt ptra athanasiuz iudex esset. Sed q̄ de athanasio decreuerat iulius:eusebi⁹ nō occurrit agnoscere:qꝛ dū paucū tēpus vixisset:post cōciliū vita priuat⁹ est. Quapropter cōstantinopolite rursus in ecclesiam introduxerunt. Idem et arriani in ecclesiam que nūc dicitur pauli ordinauere macedoniū. Et hoc gerebant fautores Eusebij successoresqꝫ presumptionis:idest theognius nicenus maris calcedonēs.theodorus heraclie et reliq. Sz vrsatius et valens heretici postea libellum penitentie iulio offerētes episcopo et consentientes cōsubstantialitatis verbo communicare meruerunt.

¶ Capitulum.xiij.

Aterea pter macedoniū ingens preliorꝫ ſtīma surgebat et intestinū bellū christianorum in ciuitate multi sanguinis effusione pullulabat. Quod dū audisset cōstanti⁹ anthiochia positus imperator hermogeni magistro militū trachiarū iniūxit vt paulū ecclesia pelleret:qui cōstantinopolim veniēs maximas turbas egit:cogens vt pelleretur epus. Facta aūt seditione popul⁹ erat pparatus ad vltionem. Cūqꝫ hermogenes insisteret vt militari manu expelleret paulum:accensus populus vt fieri solet in talib⁹ rationabiliter ei resistebat eiusqꝫ domum incendentes ipsumqꝫ trahentes interemerunt. Hec gesta sunt cōsulatu cōstantij tertio:et secundo cōstantis. Quo tempore constans quidem frācos romanoꝝ sub iecit imperio.

¶ Constantius autem de interitu hermogenis agens ab antiochia vere dis ꝯstantinopolim venit:et paulū quidē expulit ciuitate/vrbi vero dāna cōcussit et auferens ei frumenti a suo patre collati vltra quadraginta milia modiorꝫ que quotidie frangebantur. Nam per octoginta milia per dies singulos vrbe Alexandrina mittente primo ministrabantur. Hoc itaqꝫ facto macedonium distulit statuere vrbis epz. Irascebatur em̄ et aduersus eū non solū quia pter ei⁹ volūtatē fuerat ordinatus:sed qꝛ pter seditiones inter eū paulumqꝫ factas:plurimi simul et magister militū fuerat interemptus. Dimittens ergo eū missas facere in ecclesia solū in qua fuerat ordinat⁹ denuo est profectus in anthiochiam.

¶ Capitulum.xiiij.

Arriū preterea gregoriū remouentes ab alexādria tanq̄ odibilem:et quia propter eū factū fuisset incēdium necnon et qꝛ minus eorum fouebat errorē:euocauerūt georgiū capadocem arriane vesanie.

¶ Sozomenus.

¶ Capitulum quindecimū.

Gitur athanasi⁹ relinquens alexandriā romā profect⁹ est. Cōtigit autē eodē tēpore etiā paulus cōstantinopolitanū pontificē illic vna cōcurrere:et marcellū ancyre:asclepiūqꝫ gaze. Qui dū arrianis eēt aduersus iscriptionē passus ab hisquasi subuertisset altare dānat⁹ est. Pro quo gazeoꝝ ecclesia quintiano cōmitti. Lucianus aūt adriopolitis epūs:ob aliā accusationē eccl'ia sua priuat⁹ degebat in vrbe roma. Cognoscens ergo romanus epūs crimina singuloꝝ et oēs nice no cōcilio cōcordare cōperiēs:eos in cōmunionem suscepit tanq̄ omnium curā

gerens propter sedis proprie dignitatē singulisq3 reddidit suas ecclesias ⁊ orientalib⁹ scripsit epis: culpans quia non recte tractassent viros inculpabiles de suis ecclesiis eos expellentes: ⁊ q̄ cōstituta niceni concilij minime ꝯseruarēt. ¶ Quorum paucos ad certā diē sibimet adesse ¶ p̄cepit vt corā eis ostenderet iustum se super eis ꝓtulisse decretū ⁊ de cetero nō se passurū interminatus est nisi ab huiusmodi turbis ⁊ nouitate cessarent. ⁊ ille quidē hec scripsit. Athanasius autē ⁊ paul⁹ ep̄las iulij dixerūt: ⁊ singuli corū suas sedes adepti sunt. ¶ Capitulū.xvi.

Verū pontifices oriē-

tis grauiter hoc ferentes: ⁊ in anthiochiā congregati iulio rescripserunt epistolam ornato quidem stylo compositam: hyronia vero maxime plenā ⁊ non sine interminationis qualitate cōfectam. Fatebātur enim circa omnes romanorum ecclesiam esse munificū: veluti que apostolicam haberet curam ⁊ antiquitus mater pietatis existeret licet ab oriente ad eā predicatores dogmatis aduenissent. Se vero nō ꝓpterea secūdo loco habendos existimabant: eo q̄ nō magnitudine aut multitudine abūdarent ecclesiarū cū vite qualitate nō crederēt crimineq3 iulio improbabāt eo q̄ athanasij sectatorib⁹ cōmunicasse videretur ⁊ tanq3 corū concilio cōtumelias irrogasset eorumq3 sententiā destruxit ⁊ veluti iniustū eius factum ecclesiasticis sanctionib⁹ dissonā arguebat. His itaq3 conscriptis addiderunt q̄ si susciperet iulius dānationem ab eis factā: ⁊ ordinatos ep̄os in dānatorū loco firmaret: pacē cū eo et cōionē haberēt. Si vero placidis corū resisteret: ꝯtraria celebrarēt. q̄ppe cū orientales ep̄i nō restitissent dū nouat⁹ a romana pellerēt ecclesia. De his aūt q̄ ꝑter cōe placitū ī cōcilio niceno gesserāt nihil ei rescribere te maluerūt. ¶ Socrates. ¶ Capi.xvij.

Ec itaq3 orientales

episcopi Julio romano pōtifici rescripserūt. Cū vero athanasius Alexandriam fuisset ingressus compressio populi partis georgij qui illic fuerāt ordinatus ep̄s vehemens facta est. Et ex hoc dicebant turbas ⁊ neces hominū prouenisse: ⁊ huiusmodi crimina in athanasium velut autorē sceleris referebāt: dū3 hec in certaminib⁹ frequenter eueniant. Ob quam causam sabinus macedonie presul hereseos athanasium frequenter accusat. Qui si cogitaret q̄nta mala cōtra athanasiū ⁊ omousianos arriani: gesserunt: aut q̄nta concilia ꝓpter eū celebrata sūt: aut q̄nta ꝯtra oēs ecclesias macedonius heresiarcus gessit: erubescens forte tacuisset.

¶ Capitulum.xviij. A

Onstātius igitur

imperator in anthiochiā degēs, cū audisset rursus paulum cōstantinopolitanā cepisse sedē iratus sacrā sua misit ad philippum qui tūc habebat maximā inter alios iudicēs potēstatem: ⁊ post principem secundus appellabat vt paulum ecclesiā pelleret et macedonium introduceret. Prefectus autem philippus seditionem populi metuens: arte est vsus aduersus paulum iussionem quidē principis celauit. Simulans autem publicū se habiturum esse tractatum ꝓcessit ad termas vocabulo zeusippas: vbi etiā cū honorē quasi necessario vocauit paulū. Cūq3 venisset prefectus sacra mōstrauit imperatoris: et episcopus quidem illic iniustam sententiā patienter tulit. Porro prefectus metuens multitudinis que ibi conuenerat propter timoris famam vnam fenestram termarum iussit aperiri: per quā ad palatium ductus paulus ⁊ missus in nauem ad talia paratam velociter ductus est in exiliū. Jussitq3 prefectus vt thessalonice seruaretur: ex qua paulus fuerat oriundus quatenus illic licenter viueret: ⁊ in aliis illirici ciuitatibus non tantum vt ad partes orientis accederet. Hoc itaq3 modo paul⁹ inopinabiliter de ecclesia pulsus est. Philippus autem a termis ad ecclesiam properabat: cum quo macedonius residens in vehiculo cum prefecto simul et militibus armis indutis. Hoc facto terror po

pulum apprehendit ⁊ ad ecclesiam con=
currunt vniuersi omousiani simul et ar=
riani. Cumq3 prefectus cum macedonio
ad ecclesiam peruenisset: et populū ⁊ mi
lites irrationabilis timor inuasit. Cūq3
esset nimia multitudo nec posset introi=
re prefectus milites ceperunt populum
violēter impellere et cū ꝑpter angustiā
loci accedere nō valerēt: putātes eos mi
lites sibi velle resistere: euaginatis gla=
diis in eoꝝ necibus grassabantur. Tunc
ergo licenti fertur perēpti sunt circa tria
milia centum ⁊ quinquaginta. Alij armi
litibus interfecti. Alij vero compressiōe
sunt mortui. His actis macedonius tāq3
nihil mali gerens: sed veluti mūdus ⁊ in
nocēs a prefecto magis q̄ ecclesiasticis
regulis traditum sibi recipit episcopa=
tum. Tātisq3 necib9 ipe ⁊ arriani eccle=
sie iura tenuerūt. Hoc C tpe impera
tor maiorē ecclesiā fabricabat: que nunc
sophia vocitatur: ⁊ est copulata ecclesie
que dr hirene: quā pater imperatoris cū
esset prius modica ad pulchritudinē ma
gnitudinēq3 perduxerat q̄ modo veluti
sub vno circuitu contineri noscuntur.

¶ Capitulum. xix. A

PRaterea cōtra atha
nasiū alia machinatio fabri
cata est. Ecclesie nāq3 alexā=
drinorum/ augustorū pater
erogādan pauperib9 frumē
ta donauerat: q̄ dixerūt anathasium ven
dere: ⁊ suis vtilitatib9 applicare. Quod
imperator credens eū iussit occidi. Hoc
sciens athanasius/ latenter fugit. Tunc
igi C tur iulius romane vrbis eps:
cognoscens arrianoꝝ insidias aduersus
athanasiū machinatas postq3 eusebiū su
sceperat literas euocauit athanasiū cū
audisset locū vbi erat absconsus. Inter
hec suscepit literas egyptiorum epoꝝ:
asserentiū falsa esse que cōtra athanasiū
dicebātur: quo facto iulius rescripsit eis
qui fuerant anthiochia congregati: cul=
pans eos primū de iniuriis literarū: de=
inde cur eū ad synodū suā nō vocassent
canonib9 quippe iubētibus extra roma
nū nihil decerni pontificē: insuper q2 la
tenter corrūperent fidem. Et q2 tyri ge=
stasper subreptionē fuerint ⁊ arte cōpo
sita: ⁊ quia cōtra ius ex vna parte confe
cerint monimēta gestoꝝ: referēs ad falsi
tatem de arsenio cōcinnatā: eplas ipas
ponere ꝑpt fastidiū lōge lectiōis omisi.

¶ Sozomenus. Capitulū. xx.

IMperator autem
fratri suo constantio scripsit
vt aliquos A orientalium
epoꝝ satisfacturos de quo=
rundam damnatione dirige
rent. Quapropter eliguntur tres: nar=
cissus hermipolita cilix episcopus. theo
odorus heraclie tracie: et marcus are=
thuse syriace. Qui venientes italiam: fa
cta ꝑpria vindicabāt nitētes iperatori
psuadere oriētalis ɔciliū iustū esse sulaz.
Cūq3 fidei sue ɔfessionē exigerēt anthio
chia ddē fidē expositā celauerūt. Aliā ꝯo
cōscribētes ɔfessionē obtulerūt: multos
tn̄ a niceno ɔcilio dissonantē. Uidēs aūt
cōstās iniuste grauatos hoīes: nec crimi
na fuisse vera ꝑ q̄ b9 dicebāt i cōione sus=
spēsi: s3 gestū ꝑpt dissonātiā fidei: cū sa=
tisfacere nequissent ꝑ q̄ venerāt: remisit
eos ad ꝑpria. Post tres aūt ānos rursus
oriē B tales epi occidētalib9 aliā eplaz
direxerūt. Quā multoꝝ versuū nolauere
ɔscriptionē eo q̄ vltra priores ꝓlixo elodo
ɔfecta viderent. In qua de suba ddē dei
nullā fecere memoriā. Eos aūt q̄ dīt ex
nō existētib9 dei filiū/aut ex alia essentia
⁊ nō ex deo: ⁊ q2 fuerit aliqñ tps aut secu
lū qñ nō erat abdicarūt. Porro eudoxiū
germanicie epm martyriū atq3 macedo=
niū portitores eplarū occidentales no
luerūt suscipere sacerdotes: dicētes do=
gmata nicena sufficere ⁊ nihil vlterius
oporteret tractari. Cūq3 cōstās a fratre
petēs vt athanasi9 suā reciperet ecclesiā
resistentibus hereticis nihil impetrare
valuisset: tūc athanasi9 ⁊ paul9 adeūtes
poposcerūt fieri synodū eo q2 ꝓdefensiōe
rectorū dogmatū expulsi probarentur.

¶ Theodorus. Capitulū. xxi.

QUod audiēs cōstās
scripsit fratri monēs vt pēne
pietatis immolatā seruaret
hereditatē: tūc ille iperiū gu

hermando et romanorum tyrannos cuius-cisset et in circuitu gentes barbaras sub iugasset. His literis motus cõstãtius pre cepit sardice q̃ est ciuitas illirici: et orientales et occidentales cõuenire pontifices. Multe siquidẽ etiã alie passiones me dicinã requirebant. Nam et B paulum cõstantinopolitane vrbis epm pro rectis dogmatibus arriani ad periculũ mortis vsq perduxerant tanq̃ seditiõis autorem: et alia quedam adiecerãt que calũniatoribus sunt amica. Quem tamẽ tũc populus sardice propter inimicorũ insidias duci non passus est. Paulopost aũt defuncto cõstante flectentes arriani le uissimam principis voluntatem: et a regia ciuitate pellente paulum: cum ad ciuitatulam cucussenem que tunc erat capadocie nunc vero secunde armenie nugrauerunt. Sed non sufficit in hoc cuncta turbãtibus vita pauli mirabiliuls in solitudine cõstituti. Mittentes em ministros necis cũ morti violẽtissime tradiderũt. Et hoc btũs Athanasi⁹ refert i satisfactiõe ppie fuge ita dicẽs. ¶ Ca.xxij.

Episcopum nanq̃ cõstantinopoleos paulum persequentes atq̃ comperientes: palam suffocandum esse censuerunt in cucussa capadocie: autorem habentes philippum prefectum. Erat em eorum hereseos tunc patronus et consiliorũ minister iniquorũ. Huiusmodi em crudelitatẽ blasphemia arrij germiauit Contra vnigenitũ nãq̃ vesaniunt ministri psumptionum eius. Hoc itaq̃ modo paulo defuncto magis ad celestia regna pducto macedoniũ statuerũt eõm quasi cõsectatorẽ suũ qm̃ ptic sancto spiritum blasphemabat. Sz paulopost expulerũt et eũ: dũ creaturã nõ ofiteret quem filiuz scripture dicũt. Quapropter rñdendo il lis heresis ppie autor apparuit. Consubstantialem quidẽ nec iste patri filiuz esse dicens similẽ tñ per oia genitori docens: creatum vo spiritum apte denominans. Hec itaq̃ nõ multuz post sicuti diximus acta sunt.

¶ Socrates.

¶ Capitulum.xxiij. A

Undecimus autem annus erat patris duorum. Consules aũt fuere tũc Rufinus et Eusebius quãdo celebratum est sardicense conciliũ. Ex hesperijs ergo pártibus conuenerũt episcopi quasi trecenti sicut athanasius ait. Ex orientãlibus sex et septuaginta tantũmodo sicut sabinus dicit. Inter quos annũmerabãt et chiras tanq̃ mortois epus. quẽ dãnatores Athanasij in episcopio huius prouincie produxerũt. Excusauerunt se etenim alij per infirmitatem corporis alij augustas inducias accusantes et ob hoc iulium romanũ culpãtes epm dum vtiq ante annum et sex menses synodus fuerit pdicta et athanasius rome degeret expectãs iudiciũ synodale. Cũ ergo sardice orientales conuenissent ad aspectum occidentaliũ venire nolebant dicentes: nõn aliter se ad verba venturos nisi suo collegio athanasiaticos et paulianos expellerent. Dumq̃ protegenes sardicensis episcopus: et osius cordube hispanie non paterentur a concilio remoueri pauli defensores et Athanasij: illi repente discesserunt. Et venientes ad philippolim trachie seorsuz facere cõcilium: et aperte iam consubstantialitatez anathematizauerũt. Et sectã inequalis substantie epistolis subscribentes vbiq̃ miserunt. Qui autem in sardice conuenerant primum quidem horum damnanete vesaniam deinde accusatores athanasij dignitate priuauerunt. Et terminũ fidei nicene corroborantes: et tractatum diuine substantie inequalitate respuentes consubstantialitatez apertius tradiderunt etiam ipsi vbiq̃ scripta propria dirigẽtes. Ex vtraq ergo parte arbitrati sunt recte se facere orientales quidem eo quod a se damnatos illi susciperent occidentales quoniam ante cognitionez damnatores effugerant et quoniam hi quidem nicenã seruabãt fidem illi vero eaz adulterari presumpserãt. Reddiderũt ergo ad locũ paulo et Athanasio necnõ et marcello ancyre galatie q̃ dudum sicuti iam dictum est fuerat condemnatus.

¶ Theodoricus. Capitulum.xxiiij.

Que vero sardice gesta sunt concilij litere clarius edocebunt. Quas propter modum explanationis huic scripture interponere non omisi. Sancta synodus dei gratia sardice congregata ex urbe romana: hispanijs/galijs/ Italia: campania: calabria/affrica/sardania/pānonia/misia/dachia /dardania/altera dachia/macedonia/thessalia/achaia/ hepiris/ trachia/ rodope/ asia/caria/bithinia/hellesponto/capadocia/phrygia/pisidia/ pōto/cilicia/altera phrigia/pamphilia/lidia/insulis cicladibus/egypto / thebaida/libia gallacia/ palestina/ ⁊ arabia/ vniuersis episcopis ⁊ cōministris sancte ⁊ apostolice ecclesie dilectissimis fratribus in dn̄o salutē. Multa quidē ac sepiꝰ ministri arriane vesanie presumpserūt aduersus dei seruos ⁊ rectā fidē custodiētes. Adulterā nāqꝫ doctrinā ꝑponētes/ orthodoxos expellere sunt conati ⁊ intātū surrexerūt aduersus fidē vt neqꝫ auditus amabiliū lateret imperatoꝝ. Igitur gratia dei cooperāte etiā ipsi piissimi pn̄cipes ex diuersis nos ꝓuincijs ⁊ ciuitatibus colligētes/ sanctū hoc cōciliū i sardicensiū celebrari vrbe p̄ceperunt: quatenus ablata olim discordia ⁊ omni ꝑfidia ꝓcul expulsa: sola christi pietas apꝺ oēs inuiolata seruet̄. Venerūt eñ orientales epi a piissimis imꝑatoribus inuitati p̄cipue ꝓpter famā que de charissimis nr̄is fratribꝰ ⁊ cōministris fuerat diuulgata idest athanasio alexādrino: ⁊ marcello ancyre galatie ⁊ asclepa gazeo: forsan ēt ad vos ipsos detractiōes huiꝰmōi ꝑuenirēt: qm̄ etiā nostras aures ventilare conati sunt vt ea que ꝯtra innocētes referūt vera esse credant̄ ⁊ iniqua heresꝯ celetur opinio. Sed hec diutius facere permissi nō sunt. Et eñ p̄sul ecclesiarū dn̄s est: q ꝓ his ⁊ ꝑ vniuersis mortē sustinuit: ⁊ ꝓpter eas ascensuꝫ ad celos nobis oibꝰ cōdonauit. Dudūqꝫ itaqꝫ eusebiꝰ ⁊ maris ⁊ theodorus atqꝫ thiognius: vrsatius et valens ⁊ minophātis. ⁊ stephanꝰ scripserūt iulio cōministro nostro ecclie romane pontifici ꝯ p̄dictos cōsacerdotes nostros. i. athanasiū epm alexādrie: ⁊ marcelliū episcopū ancyre galatie ⁊ asclepā gaze. Scripserūt quoqꝫ ex alijs partibꝰ epi testimoniū perhibētes puritati athanasij cōsacerdotis nostri. Et ea q̄ in eusebio ⁊ ꝯsectatoribꝰ eius gesta sunt nihil aliud q̄ mēdacijs ⁊ calūnijs plena eē firmātes. Cū vtiqꝫ euocati a charissimo et ꝯsacerdote iulio non occurrētes sicut ex scriptis eiusdē epi iulij cōprobat̄: apte videant̄ calūniatores existere. Nā si ꝺ gestis ꝯ eos habitis p̄sumpsissent: nō retardarent̄ occurrere. Veruntn̄ etiā ex his q̄ fecerūt in hoc sancto magnoqꝫ ꝯcilio eorū machinatio euidēter apparet. Venientes eñ in sardicensiū ciuitatē atqꝫ videntes fratres nostros: athanasiū: marcelliū asclepā/ ⁊ ceteros ad iudiciū accedere timuerūt. Et nō semel non secūdo sꝫ etiaꝫ frequēter citati vocationibꝰ obedire noluerūt. Cōgregatis vero in ꝯcilio Osio lōgeuo qui ꝓpter etatē atqꝫ ꝯfessionē tantūqꝫ laborē omni honore dignus apparuit: ⁊ reliquis sustinentibus ⁊ inuitātibus eos ingredi iudiciū. vt que ꝯ absentes ꝯsacerdotes diffamauerāt atqꝫ ꝯscripserant p̄ntes ostēderent: sed sicuti prediximus euocati nō venerūt vt etiam in hoc calumniā ꝓpriā ostenderēt. Et quodāmodo respuēdo iudiciū: insidias suas ⁊ molimina ꝓclamarēt. Nāqꝫ q̄ de suis dictis cōfidūt etiā ad faciē probare non fugiunt. Qr vero non occurrerūt: nulluꝫ vestrū de eis ignorare confidimus. Et si forsan rursus illic quicq̄ machinari voluerunt/ sciāt oēs qm̄ nihil habētes quo possint ꝯsacerdotes nostros arguere: absentibꝰ detrahūt p̄sentes effugiūt. Fugerūt eñ charissimi fratres nō solū ꝓpter calūniā aduersus istos instructā: verum quid suos pro diuersis criminibꝰ accusatores occurrisse viderūt. Proferebantur eñ vincula ⁊ cathene. Venerāt hoies ab exilio ⁊ ꝯsacerdotes necnō cognati pariter ⁊ amici coꝝ qui ꝓpter eos mortui dinoscunt̄. Et qꝺ est admirandūꝫ aderant epi quoꝝ vnus quidē cathenas gestabat ⁊ vincula: q̄bus vinctꝰ fuerat ꝓpter eos. Alij vero coꝝ insidijs mortē sibi testabantur īflictā: qm̄ ad tantā supbiaꝫ sunt perducti: vt etiā epm occidere conarent̄ quē

nisi fuga

nisi fuga liberasset obierat. Uenit et cō-
sacerdos noster beat⁹ theodolus: fugiēs
eoꝝ molimina qb⁹ fuerat iussus occidi.
Alij vero gladiorum vulnera demōstra-
bant. Alij famā se ab eis passos luge mi
scebant: ⁊ hec nō quilibet homines testa
bantur: sed oēs eccl'ie ꝓ quib⁹ hij qui oc
currerūt: ⁊ qui legationē fungebātur in
sinuebant violentarum pestes: armatos
milites: pp'los cū fustibus: iudicū terro-
res falsaꝝ literarū obiectiones. Lecte
sunt nāq; litere theognij cōtra cōsacerdo
tes nr̄os Athanasiū marcellū: ⁊ asclepiā:
vt etiā imperatores nouisse viderētur.
Quas literas dyacones theognij vulga-
uerūt: super hec aūt virginū nuditates:
ecclesiarū incēdia: carceres contra sacer
dotes nostros adhibitos. Que oīa prelia
nō nisi ꝓ detestabili arrianoꝝ heresi cō-
misisse noscūtur. Quisq́s em̄ eoꝝ respuis
set ordinationē atq; cōionē his necessa-
rio subdebat̄ iniurijs. Cōspicientes igit̄
facinoꝝ suoꝝ angustias cōfusi recesserūt.
Et vlterius hec nō valētes abscōdere in
sardicēsiū venerūt vrbem: vt per aduen-
tum suū quasi talia se nequaq̄ ꝑpetrasse
monstrarēt. Uidētes aūt quib⁹ calūnias
irrogarēt: ⁊ oppressos a se simul accusato
res ⁊ increpatiōes pre oculis suis habē
tes euocati ad iudiciū ingredi nequiue-
runt. Athanasio quippe Marcello et as-
clepa nr̄is consacerdotibus fiducialiter
agentibus: ⁊ nimis ingemiscentibus et
imminentibus atq; ꝓuocantib⁹ eos: ⁊ ꝓ
mittentibus non solum se calūnias eui-
dēter ostēdere: sed etiā que in eorū eccle-
sijs deliquissent: illi vero tanto cōsciētie
terrore constricti sunt vt fugerent: ⁊ per
fugam suas calūnias aperirēt delictaq;
sua iudicij declinatiōe faterētur. Et li-
cet non solum ex prioribus: sed etiam ex
istis malicia eoꝝ atq; calūnie pateant:
tn̄ vt neq; ꝑ fugā ocasionē alterius ini-
quitatis accipiant: curauimus cōtra ve
ritatē facta eorū examinare molimina.
Et hoc proposito ex his q̄ gesta sunt eos
calūniatores inuenim⁹: ⁊ nihil aliud nisi
aduersus sacerdotes nostres insidias in
stitutas. Nam arseniū quem dicebāt ab
Athanasio ꝑemptū hic viuit: ⁊ inter vi-
uentes cōmorari dignoscitur: ex quo et
alia probantur esse conficta. Quia vero
etiam calicē diuulgauerūt fractum a ma
chario athanasij pbr̄o: testati sunt q̄ de
Alexādria ⁊ marcote venerūt nihil ta-
le fuisse gestum. Sed etiam episcopi egy
pti iulio cōsacerdoti nr̄o scribētes valde
firmabāt: q: neq; suspitio fuisset hmōi.
Proinde dixerunt monumēta aduersus
eos fuisse confecta. Que probatum tamē
est ex vna parte celebrata. In quibus: ge
stis pagani examinabātur: ⁊ cathecumi
nus inquisitus ait intus se fuisse quan-
do macharius venerat ad eundem locū.
Alter autem interrogatus dixit illū fa
mosissimū squirā tunc egrotasse: ⁊ in cel-
la iacuisse: vt ex hoc appareat nihil ge-
stum ex omnibus sacramentis: eoq; ⁊ ca
thecumini intus fuissent: ⁊ squiras non
adesset sed iaceret egrotus. Is nāq; ma-
lignissimus squiras mentitus eo q atha
nasius quosdā sacros incidisset libros illo
tempore egrotasse declaratus est quādo
Macharius ibi fuit. Unde etiā ex hoc
calumniator apparuit. Deniq; ꝓ huius
modi calūnie mercedē dederūt squire no
mē epi qui neq; presbyter fuerat aliquā
do. Duo nanq; presbyteri qui cum Me-
licio aliqn̄ degebāt: ⁊ postea a beato ale
xandro episcopo ciuitatis Alexandrine
suscepti sunt: ⁊ cū athanasio constituti
testati sunt nūq̄ pbr̄m fuisse melicij: neq;
habuisse meliciā in marcotem ecclesiā
vel ministrū: et qui penitus neq; presby-
ter fuerat nunc eum velut episcopū pro
duxerunt: vt eo noie in suis calūnijs ter-
rere viderētur auditores. Lecte sunt em̄
et litere consacerdotis nostri marcelli: ⁊
inuēta est eusebij similiūq; nequitia. Nā
ea que veluti querimoniā faciēs marcel
lus dixit hec tanq̄ ipse confirmaret accu
sauerūt. Hec ergo sunt lecta et reliqua ⁊
precedentes pariter q̄stiones. Reiectaq;
huius viri fides inuēta est. Non enim a
sancta Maria sicut isti confirmabant de
dit deo verbo principium: neq; finem ha
bere asseruit eius imperium: sed regnū
eius ⁊ sine termino esse conscripsit. Ascle
pias autem cōminister obtulit monumen
ta Anthiochie cōfecta sub ab accusatorū
presentia ⁊ cesariensis eusebij ⁊ ex sentē-
tia iudicantium episcoporum se ostendit

innoxium. Recte siquidem o charissimi
fratres euocati frequēter obedire nolue
runt recte quoqꝫ fugerūt. Conscientia enī
ꝙ sua perterriti ꝑ fugas suas, calūnias
indicarunt et que presentes accusatores
sup eis dixerant etiam probauerunt. Ad
hunc autē etiā eos qui dudū accusati ꝓ
pter arrianam heresim fuerant et prote
cti non solū susceperunt: sed etiā in ma
iori ordine posuerunt: dyaconos ad pres
byteratū promouētes pbr̄os ad epatum
non ad aliud nisi vt impietatem semina
re ꝛ dilatare potuissent: et fidei corrum
perent pietatem. Sūt aūt horum prin
cipes eusebius theodorus heraclie nar
cissus nerodiadis cilicie stephanus an
thiochie georgius laodicie acatius: ce
sarie palestine: minophantis ephesius:
vrsatius sigiduni: milie valens: mirsi pā
nonie. Isti nanqꝫ ꝯuenientes: cū orietali
bus non sinebant eos nec in sanctū cō
ciliū ingredi: nec olo accedere ad eccle
siam dei. Et venientes in sardicam cōci
liabula apud semetipsos ꝑ loca singula
faciebant: ꝛ acta quedā cū terroribꝰ con
cinnabāt: quatenus nihil penitus ad iu
dicium ꝑueniret neqꝫ sanctum possentꝰ
celebrare conciliū. Hec omnia agnosce
re potuimus a cōsacerdotibus nr̄is ma
chario palestino ꝛ asterio arabie qui cū
eis venerant/ ꝛ ab eorū perfidia recesse
rant. Hi nāqꝫ ad sanctū cōciliū veniētes
violētiam quam passi sunt narrauerūt
nihil dicentes apud eos agi rectuꝫ insu
per adijcientes: qꝛ dum essent recte fidei
ꝓhibiti fuissent ab eis ad hec loca veni
re propter interminationē: vix ab eis in
tercedere potuissent. Ob hāc causaꝫ sar
dice veniētes i vna domo cūcti māserūt.
neqꝫ breui tēpore a se recedere patiētes.
Quia vero tacere nō decuit: nec sine vin
dicta relinquere calūnias: vincula neces
vulnera cōcinnatiōes falsarum epl̄arū:
verbera nuditates virginū exilia destru
ctiones ecclesiaruꝫ: incendia migratio
nes a minoribus ciuitatibꝰ ad maiores
ecclesias ꝛ pre oibus aduersus rectam fi
deꝫ nunc arrianā vesaniā per eos crude
liter insurgēteꝫ. Propterea charissimos
quidem fratres nostros ꝛ comministros
athanasium alexādrine ciuitatis episco
pum et Marcellum Ancyre galatie et
asclepam gaze cōministrātes christo in
noxios et puros esse decreuimus: scribē
tes ad vniuscuiusqꝫ parochiā vt singula
rum ecclesiarum populi cognoscētes sui
episcopi puritatē eū se epm̄ ꝛ hr̄e ꝛ spe
rare cognoscant. Eos autem qui in eorū
ecclesias luporum instar ingressi sunt: id
est gregorium in Alexandria basiliuꝫ in
ancyra: quincianum gaze nec episcopos
nominandos/ nec christianos nec quēli
bet penitus cuꝫ eis habēdam esse cōmu
nionem: nec eorum literas habēdas nec
scribendum eis. Theodorum vero hera
clie europe: ꝛ neroniadis cilicie: ꝛ cesarie
palestine narcissum et acatiū singidum
nilie/ valentem ex mirsis pannonie/ mi
nophantem ephesi ꝛ georgium laodicie:
licet metuētes ab oriente non venerunt:
tamen eo ꝙ a beate memorie alexandro
ciuitatis alaxandrine pōtifice sunt dam
nati: ꝛ eo ꝙ secum arrianos habeant: et
ꝓpter crimina eis illata gn̄ali eos decre
to sanctū conciliū epatu deposuit. ꝛ de
creuimꝰ nō solū epos eos nō esse: sed ne
qꝫ communionem cum fidelibus ꝓmere
ri. Eos enim qui diuidūt a paterna sub
stantia ꝛ diuinitate et alienant verbum
a patre diuidi ab ecclesia catholica con
uenit et esse alienos nomine christiano.
Sint igitur a nobis ꝛ omnibus anathe
ma: eo ꝙ verbum veritatis videantur
esse cauponati. Apostolicum namqꝫ pre
ceptum est. Si quis vobis annūtiauerit
pter quod accepistis anathema sit. His
ergo nullum communicare denuntiate.
Nulla enī communio lucis ad tenebras.
Hos pellite protul ab omnibus. Nulla
enim concordia christo ad belial. Serua
te vos fratres charissimi: vt neqꝫ scriba
tis eis neqꝫ eorū scripta suscipiatis. Stu
dete simul vos fratres charissimi ꝛ com
ministri tanquā spiritu presentes nostro
concilio consentire: atqꝫ subscriptiōe no
stra decernere que ab omnibus vbiqꝫ cō
ministris nostris consonātia vna seruē
tur. Abdicamus autem illos ꝛ extra ter
minos ecclesie catholice procul abijci
mus: qui nō affirmāt: quia deus est chri
stus. Sed aiunt verus deus non est quia
filius est: si verus filius non est nec ge

nitus simul sic simul et ingenitus. Sic
enim se intelligere natum profitētur: qꝛ
sic dixerūt. Quod natum est factum est.
Et quia cum christus ante secula sit: de-
derūt ei principium atqꝫ finem quod nō
in tempore sed habet ante secula. Proin
de due vipere ex aspide arriana progres
se sunt valens ⁊ vrsatius qui gloriaban-
tur ⁊ non dubitant se dicere christianos:
profitentes quoniam verbum et quoniā
spiritus ⁊ vulneratus ⁊ interfectꝰ ⁊ mor
tuus est ⁊ resurrexit. Quodqꝫ cohors stu
det herticorum diuersas esse substan-
tias patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti pronū-
tiant ⁊ eas esse diuisas. Nos autē hanc
percepimus et eruditi sumus hanc ha-
bemus catholicam apostolicamqꝫ tradi
tionem et fidem atqꝫ cōfessionem vnam
esse substantiam patris ⁊ filij ⁊ spiritus-
sancti. Et si querant que sit filij substan
tia profitemur eam esse que patris indu
bitanter nunqꝫ patrem sine filio/ neqꝫ fi-
liumsine patre fuisse credentes: nec esse
posse quod est verbum spiritus. Absur-
dum namqꝫ est dicere aliquādo patrem
non fuisse patrem sine filio: neqꝫ nomina
ri: nec esse potuisse. Est eñ ipsius filij te-
stimonium. Ego in patre ⁊ pater in me.
Et ego et pater vnū sumus. Nullus no-
strum negat natum. Sed quibus natū?
omnibus que inuisibilia et visibilia nū-
cupentur. Opifex est archangelorum et
angelorū ⁊ mundi humani generis: quo-
niam ait. Omnium artifex sapientia do
cuit me. Et omnia per ipsum facta sunt.
Non enim semper esse potuerat si sum-
psisset exordiū: quoniam verbum quod
semper est non habet initium. Deus au
tem nunquam terminum habet. Nō di-
cimus patrem filium esse/ neqꝫ rursum
filium patrem esse: sed pater est: et filius
patris est filius. Confitemur virtutem
esse filium patris. Confitemur verbum
dei patris esse: preter quod aliud non est
et verbum veri dei et sapientiam et vir-
tutem verumqꝫ filium tradimus. Et nō
sicut ceteri filij nominantur/ ita filium
dicimus quoniam illi aut gratia gene-
rationis dij erunt: aut eo quod dignificāt
filij nuncupantur: neqꝫ propter vnam
substantiam que est patris et filij. Con-
fitemur item et vnigenitum et primoge-
nitum: sed vnigenitum verbum dicimꝰ
quod semper fuit et est in patre: primo-
geniti autem sermonem homini. Sed ta
men differt per creaturam communio-
nem: quoniam ⁊ primogenitum a mor-
tuis confitemur vnum esse deum. Confi
temur vnam patris filijqꝫ diuinitatem
neqꝫ quisquam negat aliquādo patrem
filio maiorem: sed propter aliam essen-
tiam non propter differentiam: sed quia
ipsū nomē patris maius est filio. Hec
autem illorum blasphemia atqꝫ corru-
ptibilis interpretatio est hac gratia eū
dixisse contendunt. Ego et pater vnum
sumus: propter concordiam ⁊ vnanimi-
tatem. Sed reprobamus omnes ca-
tholici intellectum eorum fatuum: ⁊ ab
iectum sicuti mortalium hominū. Qui
tempore ad subiectam cõcurrerint que-stionẽ: quã multos turbauit cõsubstãtia-litatis nomẽ preterito tpe ⁊ vsq; ad presens. Nec vero qz dicit̃ innouatũ ab aliquibus de dissimilitudine filij apud patrez: hac ergo gratia omousion ⁊ omoeusion idest eiusdem substantie ⁊ similis substantie nomẽ adijcim⁹/ tanq̃ scripturarum ex-traneũ anomeocon.i.dissimilitudinis ver bũ anathematizauimus. Et oẽs huiusmõi exi stẽtes ab ecclesia alienos existimamus. Similẽ vero filiũ apud patrẽ aperte pro fitemur secundũ apl̃m dicentẽ de filio q̃ est imago dei inuisibilis. Cõfitemur au tem aut credimus in vnũ deũ patrẽ om-nipotentẽ factorem celi et terre/ visibi-lium omniũ ⁊ inuisibiliũ. Credim⁹ autẽ ⁊ in vnũ iesum xp̃m filiũ eius ex eo natũ impassibiliter ante oĩa secula deũ verũ ex deo vnigenitũ lumẽ: vitã: veritatẽ: sa-pientiã: voluntatẽ: per quẽ omnia facta sunt in celis ⁊ in terra siue visibilia siue inuisibilia. Hũc credimus in cõsumma-tione seculoꝝ pro destructiõe peccati as sumpsisse carnẽ ex sancta virgine maria ⁊ hominẽ factũ passum pro peccatis no-stris: ac resurrexisse assumptũ in celis se dere in dexterã patris: ⁊ iterũ ventur ũ in gloria iudicare viuos ⁊ mortuos. Credi mus ⁊ in spiritũ sanctum quẽ paracletũ i. consolatorẽ nominauit saluator domi nus noster promittẽs postq̃ iret discipu lis eũ esse mittendũ: quẽ etiã destinauit per quẽ ⁊ sanctificat credẽtes in ecclesia: ⁊ baptizatus in noie patris ⁊ filij ⁊ spũs sancti. Eos aũt qui preter istã fidẽ aliqd quicq; predicant a catholica ecclesia de cernim⁹ alienos existere. Hec est acatij de eius fide platio cui subscripsit ⁊ ipse ⁊ cõsentientes ei numero quẽ paulo an-tea prediximus. ¶ Hac fide lecta phroso-nius põpeiopoleos paflagonie hec ver-ba clamauit. Si p singulos dies ppriã edere licuerit fidez veritatis integritas nõ manebit. Hec quidẽ sepltenius ait. Ego aũt dico qz si ab initio hec vba de nicena fide dixissent: qui ante eos ⁊ post illos fuerũt oĩs potuit cessare contentio. Tunc ergo plurima inter alterutros ob hoc ppter eos q̃ fuerũt accusati vba di-cẽtes ⁊ audiẽtes. Quarta vͦo die cõuenien

tes oẽs rursus mouebãt cũ contentione sermones. Inter quos acati⁹ his verbis suã sententiã patefecit. Si semel nicena fides mutata est: nihil phibet etiã nunc aliã dictare fidẽ. Ad hec eleusius cizici hec verba respõdit. Presens cõciliũ cele bratũ est nõ vt anathema discat: neq; vt fidei explanationẽ suscipiat tanq̃ nõ ha-bẽs eã: sz possidẽs patrũ fidẽ: hãc vsq; ad vitã morteq; custodiet. His ergo verbis eleusius sentẽtie occurrit acatij: fidẽ pa-trum vocãs anthiochia declaratã. Cui recte quilibet poterit obuiare dicens. Quomodo patres hos nominas o Eleu sie duz illorũ nõ recipis partes? hi naq; qui nicea cõuenerũt cõcordantes in con substãtialitatis verbo p fide sancita pro prie dicũtur patres eo q tẽpore precesse runt: ⁊ qui postea anthiochia cõuenerũt ab illis sacerdotij iura susceperunt. Si aũt hi q̃ anthiochia cõgregati sunt pa-tres pprios negauerũt consequẽter isto-rum posteri patrum destructores secuti sunt. Quomodo ergo ⁊ quorũ illi fidẽ im probam respuerũt? Si aũt illi nõ habue rũt spiritũsanctũ qui per officiũ manus impositionis accipitur: neq; isti sacerdo tiũ perceperunt. Quõ cũ acciperẽt a nõ habẽtib⁹ qd dabatur? hec obijcere ergo responsa poterit quilibet eleusio. ¶ Cũ hec itaq; gererentur ad aliã venere qõ-nem. Quod cũ acacius in fide que lecta est similẽ dixit filiũ patri: consulebant al terutros secundũ quid esset similis fili⁹ patri. Et qui circa acatiũ erant dicebãt scdm voluntatẽ solũmodo nõ secundum substãtiam patri similem filiũ esse. Alij vero oẽs etiã secundũ substantiã decla-rabant. In hac ergo cõtentione tota mã serũt die. Et acatiũ arguerũt qui in suis sermonibus quos cõscripsit similem per oia patri filiũ dixit: nunc autẽ scdm sub-stantiã similẽ denegauit. Quib⁹ multũ cõtendentib⁹ ⁊ ad nullã cõcordiã veniẽ-tib⁹ singẽs leonas cõciliũ soluit. Et iste tunc erat minus synodi sclentia congrega ti. Altera naq; die rogatus vt interesset noluit: dicẽs direct⁹ sum ad cõcordiã cõ ciliij: vobis distantibus adesse nõ possuz. Quo facto nec qui circa acatium ad sy-nodum concurrere voluerunt. ¶ Altera

Vero ps in ecclesiã veniẽs acatiũ ⁊ q̃ erãt cũ eo vocauit: vt ð cyrillo hierosolymorũ ep̃o haberet examinatio. Sciendũ itaqʒ qm̃ cyrillus iã fuerat accusat⁹ atqʒ dãnatus: qm̃ sepe euocat⁹ ad iudiciũ duobus annis iugiter ðclinauit metuẽs accusantes. Cõdẽnatus aũt appellatiõis libellũ ɔdẽnatoribus destinauit: iudiciũ mai⁹ appellãs: cui appellatiõi ɔsenſit etiã ɔstantius imperator. Hoc itaqʒ solus ⁊ p̃m⁹ preter eccl'iasticã ɔsuetudinẽ atqʒ regulam cyrillus fecit ep̃s: vtsicut in publicis iudicijs libellis vteretũ appellatorijs. Tũc ergo in selẽtia iterfuit iudicãdus. Et ob hoc ep̃i acatiũ eiusqʒ cõsentaneos euocabant vt de accusationib⁹ agnoscẽtes decretũ cõe pferrent. Euocabãt igitur etiã alios quosdã qui fuerãt accusati ⁊ semetipsos ɔtulerant ad acatiũ. Quibus post crebrã citationẽ nolẽtib⁹ occurrere dãnauerunt. Et acatiũ: georgiũ alexandrinũ: vraniũ tyri: theodolum cherapenum phrygie: theodoxiũ philadelphie: lidie euagriũ insule mitilene leontiũ: tripole dem germanicie fuit: postea vero antiochie syrie inuasit ep̃atum. Damnauerũt pariter ⁊ patrophilũ qz ⁊ ip̃e a dorotheo presbytero accusat⁹ euocat⁹ noluit obedire. Hos itaqʒ dãnauerunt. Excõicauerunt aũt asteriũ/eusebiũ/augarũ/basiliũ phebum/fidelem/euticium magnũ ⁊ eustachium sic eos manere decernẽtes: donec habita satisfactione accusationibus semetipsos exuerunt. His actis damnationẽ celebratã eorũ parochijs innotuerunt. Inqʒ loco eudoxij amanum ɔstituerunt ep̃m. Quẽ cõprehendentes qui circa acatiũ erant: leone ⁊ lauritio tradiderunt: a quibus exilio destinatus. Quo facto ep̃i qui ordinauerãt amanũ cõtestationẽ obtulerũt leone ⁊ lauricio ɔ̃ acatiũ ⁊ ɔsentaneos ei⁹ dicẽtes synodi iudicium fuisset violatũ. Cũqʒ nihil agerẽt ɔstãtinopolim sunt pfecti vt que gesta fuerãt panderent imperatori.

¶ Sozomenus

¶ Capitulum.xxxv.

Hunc terminum habuit synodus in selentia cõstituta. Qui ꝟo voluerit subtiliẽ vniuersa cognoscere exceptorum debet acta relegere. Post hec ergo talia gesta sunt. Consentientes quidã acatio ad imperatorẽ ꝗ̃ppropere puenerũt. Alteri⁹ vero partis episcopi singuli ad ppria sunt reuersi: decẽ tantũmodo eorum cõi decreto missi: venientes ad principem inuenerunt ducentos decem ab ariminensi concilio. Porro sequaces acatij iã agebant vt potentes palatij eorum fuerẽtur partes: ⁊ per eos fauor illis arridebat imperatoris. Dicebant enim alios ꝗ̃dem sibimet cõsentire: alios aũt ecclesiasticis pecunijs esse corruptos alios incõgruis talibus seditionibus. Hec agebat acatius natura versutus: ⁊ preparatus ad intelligẽdum atqʒ dicendum cum etiam insignem haberet ecclesiam: id est eusebij pãphili, post quẽ eius tenebat episcopatum et gloriabatur eum se habuisse doctorem. Et cum talis esset persuadebat facileqʒ volebat. Cum igitur constantinopolim ex vtroqʒ concilio essent episcopi viginti ⁊ aliqui q̃ sine casu presentes erant, primo quidem iubentur vt de eclij questione iudicaret presentibus maximis proceribus honoratus/quem non ante, multum tempus imperator ab vrbe roma reuertens primum prefectum vrbis constãtinopolitane constituit. Postea vero etiã ipso constantio cum iudicibus audiente: capitur circa fidem eeius egrotare ita vt etiã imperator ⁊ alij quasi circa blasphema eius verba commouerentur. Dicitur autem acatium eiqʒ consentientes primum se hanc heresim ignorare finxisse: ⁊ sub velamento quodam egisse cum principe: vt ipse cum suis proceribus iudicaret credens eeium non posse vinci sermonibus ⁊ magis necessario capi iudicantis auditus: ac sine cõtentione preualere conamen hereseos. Cũqʒ hoc perfici nequiuisset: proferri scripturam prolatam ab arimino ⁊ selentie synodo missi hanc suscipere deposcebant. Et cum questio esset de substantie nomine iurerurãdo firmabant qz nullatenus dissimilem secundum substantiam filiũ fateretur: seqʒ paratos hanc heresim abdicare dicebant. Et quoniam inopinate occidẽtales nomẽ substãtie in arimino relique

rant necessariam huiusmodi scripturaꝫ esse faterent. Dicebant autē q: si nomē substantie taceat cum nole substantie ēt illud qđ de cōsubstantialitate decretum est sine dubitatione tacebit: qđ plurimi occidentaliū sacerdotū ꝑ reuerētia nicceni ꝯsiliū nimis amplectebant. Hanc aūt etiā imperator flexus est laudare cōscriptionē cōsiderās multitudinez arimino congregatam. Et q: non peccaret q̄ simi lem patri filiū dicere idē esse virtute credens ꝯsubstantialem ⁊ similis substātie ꝑfessionē nihilq̄ intellectu differēs nisi noib⁹ que scriptura diuina nesciret hāc ergo sniam habēs eṗos ꝯcordare p̄cepit in ariminēsi fide ꝯciliū. Cūq̄ se in altera die pararet ad ꝯsulatū qđ prima die mēsis Januarij romanoꝝ more celebrabat totā diē ⁊ maximā noctis partē expēdit inter eṗos certamē habēs donec scripture ex arimino delate subscriberent eṗi a seleucia veniētes. ℭ Capitulum. xxxvj.

Acatius autem ⁊ q̄cum eo aliquātū tp̄s constātinopolim cōmorantes euocauerunt eṗos ex bithinia: inter quos erat ⁊ macharius macedoniensis ⁊ vlfilas gothorum eṗs. Qui oēs numero quinquaginta conuenientes cōfirmauerunt arimino lectaꝫ conscriptionem adijcientes vt decetero nequaquā substātia vel esse notaret in deo. Et p̄ter hanc scripturā oēs alias aut factas aut faciēdas penit⁹ abdicari. Quo facto etiū dyaconat⁹ ordine deposuerūt tanq̄ heretice sapientē: ⁊ qui ꝯ eccl'iasticā ꝯsuetudinē quedā humane sapiētie facta ꝯscriberet: ⁊ dyalogos plenos blasphemie dictaret: atq̄ turbaꝝ ecclesiasticaꝝ ⁊ seditionis autor extaret. Dicit aūt ab aliq̄bus q: nō eū integro corde deposuerunt: sed volētes se p̄ncipi cōmēdare eo q̄ dicerent sl'ia sapere. ℭ Uidētes aūt imperatoris indignationē quā circa macedoniū tūc habebat: etiā eū deposuerūt. Et eleusiū cirici ⁊ basiliū ancyre/⁊ ortaliū sardicorū dracōtiū pergami. Et dū in dogmate viderentur habere discordiā tn̄ tēpore depositionis memoriā coꝝ nō fecerūt: sꝫ culpas eis oibus inferebāt singulariter per quas eos asserebant in ecclesiasticis regulis deliquisse. ℭ Sozomenus.

ℭ Capitulum. xxxvij.

Inter quos cyrillum quoq̄ hierosolymorū deposuerunt tanq̄ eustachio helpidioq̄ cōicantez: ꝯi eū: Jsta sapuerant eis q̄ in militene fuerāt ꝯgregati. Inter quos etiā ipse ꝯuenerāt ⁊ tanq̄ post depositionē in palestinā factā cōione participat⁹ fuerat cū basilio ⁊ georgio laodicie ciuitatis eṗis. Cum enim cyrillus hierosolymorū suscepisset eṗatum de iure metropolite ꝯtendebat cū acatio cesarie palestine tanq̄ sedis apostolice pōtifex. Hic ergo, i anthiochia ꝯstituti derogabāt alterutris tanq̄ nō saperent recte de deo. Nā ⁊ prius vterq̄ sibimet in suspitione esse videbat. Alter q̄dē arrij dogma laudabat: Cyrillus aūt p̄dicantes ꝯsubstātialē patri filiū sequebat. Inueniēs ergo tp̄s acati⁹ cū ꝯsentientibus sibimet eṗis cyrilluꝫ ꝑ hmōi cā deposuit. ℭ Cū fames hierosolymoꝝ p̄uinciā occupasset/tanq̄ in eṗatū necessitate ciborū turba respiciebat egentiū. Cūq̄ pecunie ad ꝯsulēdū nō essent: vasa sacrataq̄ vela distraxit ⁊ populi necessitati subuenit.

ℭ Theodoricus.

ℭ Imperatoris igit aīm hoc cōmouit: ⁊ maximeq̄ acatius ꝯ cyrillū noscit machinatus. Sacrā nāq̄ vestē quā famosissimus imꝑator ꝯstātin⁹ ad honorē hierosolymoꝝ eccl'ie dederat machario illi⁹ pontifici ciuitatis: vt ea circūamictus in ministerium sacri baptismatis adimpleret qm̄ erat auro sericoq̄ ꝯtexta. Cyrillū asserūt vendidisse: eāq̄ vestē emisse quēdā thimelicū saltatorē. Et duꝫ ea fuisset indutus ipsa saltatione cecidisse atq̄ cōtritū morti cōtraditū. ℭ Sozomenus.

ℭ Hāc ergo causationē acatius hn̄s cyrillū eṗatu deposuit. Dānatos igit eṗos ex vrbe ꝯstantinopolitana fugauerūt sectatores acatij. Sibi aūt ꝯsentiētes in depositionib⁹ tn̄ illoꝝ nolētes subscribere cū essent numero decē apud semetipsos interim habitare preceperūt: ⁊ neq̄ ministerio fungi neq̄ ecclesias gubernare q̄diu

ꝙ diu subscriberēt. Et si nō agerēt penitē tiam intra mēses sex et omnib⁹ placitis atqꝫ gestis i illo cōcilio preberēt scripto cōsensum ⁊ ipsi deponerēt. Quo facto cō sentientes eis epī per singulas prouin= cias alios ordinarunt. Cumqꝫ talia cogi tassent cūctis epīs atqꝫ clericis scripse= runt vt hec obseruarent atqꝫ perficerent Et hoc ergo nō post multū tempus ma cedonio successit eudoxius basilio atha= nasius eleusio eunomius qui postea eu= nomiane pñceps fuit hereseos. Porro ꝑ eustachio melecius ecclesie sebastene su= scepit episcopatum. ℂ Socrates. ℂ Le= cta est etiā in constantino politana vrbe cū adiectione expositio fidei. Sed nos la byrithū expositionū vix aliquādo repe= rientes: eorū numerum quoqꝫ degerim⁹.

ℂ Capitulum.xxxviij.

Post Nicenum nāqꝫ cōciliū i dedicatiōe āthiochena: exponere geminam di ctauerūt. Tertia vero est q̄ a narcisso apd̄ gallias cōstantino iperatori oblata dignoscit. Quarta eudoxij que in italia destinata ē. In sirinio tres dictate sunt quarū vna i arriano cū ꝯsulatu reli= cta est. Porro octaua i selēcia ab acatij so cijs edita est. vltima ꝯstātinopoli cū adie ctiōe recitata ē. Erat eñ additū vt neqꝫ substātia neqꝫ subsistentia diceret i deo. In hac ⁊ vlfilas gothoꝝ epm̄ tūc pmo cō sensit. Nā tpe p̄cedēti nicenā amplecte= bat fidē sequens theophilum gothorum episcopum: qui presens in concilio nice= no subscripserat. Acatius igitur et eudo= xius cū suis cōstantinopolim de quibu= dam alterius partis episcopis cōdemnā dis certamen habebant videntes indi= gnari cōtra macedonium principem pri mum condemnauerunt cum tanqꝫ pluri me necis autorem: ⁊ quia dyaconum in fornicatione captum in communione su sceperat. ℂ Socrates.

ℂ Capitulum.xxxix.

Expulso liquidem macedonio eudoxi⁹ spnēs anthiochie sedē cōstātino= politanā inuasit ecclesiam stu dio fultus accatij: qui obliti suorū suis in dictis cōtraria sanciuerunt. Nā cū prius dyaconciū deposuissent eo ꝙ ex galatia trāsisset i pgamū nō cogitantes qđ actū fuerat eudoxiū ad sedē aliā migrauerūt. Quo facto lectā fidē arimino cū augmē to quod ipsi in cōstantinopolitana vrbe adiecerant vbiqꝫ direxerūt: mandantes vt qui nō supscripserunt iussioni iperato rum exilio miterētur. Innotuerūtqꝫ sua gesta et alijs oriētalibus sibi cōcordib⁹: et patrophilo sciropoleos episcopo: q̄ de scientia ad propriā mox redierat ciuita= tem. Eudoxio siquidē cōstituto cōstanti nopoli B tūc etiā maior ecclesia que dicitur sophia dedicat cōsulatu cōstantij decimo: et iuliani cesaris tertio quītadecima die februarij mensis. Eudoxius eñ cū sedisset in sedē illā prius vocē que vbiqꝫ vulgata est protulit: dicēs. Pater ase= bis filius eusebis. Ista duo greca v̄ba di uersos habēt apđ grecos itellectus. Ase= bis enim dicitur et impius et sine cultu. Eusebis dicitur et pius et bene colens. Cūqꝫ dixisset hec verba turba generat in populo quasi patrē dixisset impiū filium v̄o piuz. Quo facto nolite inquit turbari ad ea que dixi. Pater enim asebis est qz nullū colit: filius aūt eusebis est qz colit patrem. Hec cum dixisset eudoxius tur= ba quidem sedata est: multis vero risus compleuit ecclesiam. Hactenus illud di ctū cum derisione permansit. His eñ he resiarche seductionib⁹ sermonibusqꝫ va cantes ecclesiā lacerarūt. Huiusmodi er go termino etiā synodus cōstantinopoli tana conclusa est. ℂ Sozomenus ℂ

ℂ Igit acati⁹ ⁊ eius socij nō cessabāt: sed congregati āthiochiam q̄ eis dudū pla= cuerant destruebāt: ⁊ ex cōscriptione que arimino ex cōstātinopoli fuerat lecta no mē similitudinis abscindere nitebant et per oīa substantiā atqꝫ volūtatē dissimi= lem esse patri apud filiū: ⁊ nō existētibus factā itroducebāt sicut arrio primo pla= cuerat quibus etiā consentiebāt. Is eñ eci⁹ post arrianum: prim⁹ aperte his no minibus vti p̄sumpsit. Quapropter ⁊ si ne deo vocabat: eiusqꝫ sequaces ꝓpterea dissimiles et non existentiales sunt dicti ab his qui i anthiochia consubstantiales

pati cõsentiebant. Hos ergo duz requirerent cultores niceni cõcilij cur in expositione fidei sue deum ex deo filiũ dicẽtes dissimilẽ: et ex non extãtibus nominare presumerẽt: his sermonib⁹ respõdebãt. Sic dictũ est deuz ex deo sicut habetur apud apostolũ. Oĩa autẽ ex deo. vnus ergo olim etiã fili⁹ dei. ꝛ ppterea positũ est in expositionibus ſm scripturas. ¶ Socrates. ¶ Huius verbi princeps fuit gregorius laodicenus episcopus: qui cũ talia doceret ignorauit quẽadmodũ apostoli proprietates superiori tempore origenes latius examinatus, atqꝫ interpretatus sit. ¶ Sozomenus. ¶ Capitulum. xl. A

INterea dum adhuc Athanasius celaretur/ georgius in Alexandria crudeliter paganos afficiebat et aduersantes sibimet christianos: vtrosqꝫ enim cogebat ad suam venire sententiam / et respuentes afficiebat. Erat enim apud sapientes odibilis quasi despiciẽs eos ꝛ iudicibus imperans. Apud populum vero quasi tyrannus, vt vltra potentes elatus: precipue tamẽ paganos opprimebat quos sacrificare ꝛ paternas festiuitates agere prohibebat. Tunc enim milites ꝛ egypti ducem armatos in ciuitatem introduxit imagines et ornamẽta temploꝝ abstulit/ quod ei postea causaz necis adduxit. Cyrillo siquidẽ deposito vt sicut predictũ est: apprehendit hierosolymorũ ecclesiã herenni⁹: ꝛ post illũ heraclius: post quẽ hilarius. Hos tunc enim illã ecclesiam gubernasse percepimus vsqꝫ ad imperiũ theodosij pncipis: quando rursus cyrillus ad proprium remeauit epatum. ¶ Socrates. Cap. xli.

IGitur macedoni⁹ constãtinopolitana pulsus ecclesia damnationẽ nõ ferẽs qescere respuebat. Declinauit ei ad eoꝝ partẽ q apud selẽtiã acatiũ cũ suis socijs deposuerãt. Misitqꝫ legationẽ ad safroniũ ꝛ eleusiũ quatin⁹ defenderẽt expositã pri⁹ in anthiochia fidẽ: ꝛ postea selẽtia roboratã, et similis substãtie fidẽ diuulgãdã esse ꝯmonuit: ad quẽ cõcurrũt multi familiariũ: q nũc ab eo macedoniani vocant. Quicũqꝫ enim in seleceno cõcilio acaciũ declinauerunt apte verbũ similis substãtie sanciuerũt cuz pri⁹ hoc nõ manifesto iudicio declarassent. Est enim opinio apud multos: qꝛ non inuẽtũ sit macedonij: sed magis maratonij nicomedeñ. epi. vñ etiã maratonij vocitant: ad quos eustachi⁹ expulsus de sebastia cõfugit. Cũqꝫ macedoni⁹ sanctuz spm̃ cõprehẽdere in tractatu diuine trinitatis declinaret: tunc ꝛ eustachi⁹. Ego inqt neqꝫ deũ noiare spm̃ scm̃ patior: neqꝫ creaturã vocare psumo. Propt hãc ergo causam spiritui repugnãtes appellat hmõi psonas hi q in consubstãtialitatis expositione concordãt. ¶ Sozomenus. ¶ Cũ itaqꝫ macedoni⁹ eccl̃ia cõstãtinopolitana fuisset expulsus nõ ea q acati⁹ atqꝫ eudoxi⁹ sapiebat: sꝫ credebat magis filiũ dei deũ p oĩa: ꝛ ſm substãtiã similẽ esse patri. Scm̃ vo spm̃ nõ earũ rerũ esse participẽ sꝫ ministrũ ꝛ perhibẽtẽ officiũ ꝛ quecũqꝫ de sanctis angelis dici possunt. ¶ Socrates. Capitulum. xlij.

TGit sequaces acacij in Anthiochiam magis studio cõuenerũt acti pñia: qꝛ similẽ dixerũt filiũ patri. Et cõsulatu sequẽti. i. thauri ꝛ florẽtij cũ euzoius eã gubernaret ecclesiam/ iperatore ibidẽ ꝯstituto pauci qdẽ rursus inouebãt ea q dudũ placuerãt dicẽtes oportere sermonẽ similis substantie auferri ab expositione fidei tradite: ꝛ eã in arimino quã cõstãtinopolitani nõ celãtes sꝫ apte dicẽtes: qꝛ p oĩa dissimilis fili⁹ est patri nõ solũ ſm substãtiã: sꝫ etiã ſm volũtatẽ ꝛ ex nõ extãtib⁹ esset sicuti pdicauerat arri⁹: cũ qb⁹ erant ꝯsectatores ecij. ¶ Theodoric⁹. ¶ Ea siquidẽ tẽpestate dũ pfidia accusaret eudoxij: inter alios eustachius qm̃ de fide inquit examinationẽ vis fieri imperator eudoxij cõsidera blasphemias. Obtulitqꝫ ei⁹ expositionẽ inter alia sic habẽtẽ. Que dissilr pferunt dissilia ſm substãtiã sunt. Vn⁹ de⁹ pater ex quo oĩa vn⁹ dñs iesus xps p quẽ oĩa. Dissilẽ autẽ est ex quo ꝛ p quẽ. Dissilis igit fili⁹ deo est ꝛ

patri. Hac lectione cōmotus imperator requisiuit eudoxiū si fateref suā. At ille negauit dicēs qr esset ecij. Quē dū iussisset. imperator adduci requisitus lz ei⁹ nō fuerit: suā esse ꝓfessus est: ꝛ ī ō exilio destinat⁹: Eustachius tñ etiam eudoxiū ita sapere ꝓclamabat exigēs vt scripturā anathematizaret ecij. Quod licz tarde fecit tñ ꝛ dānauit quod prius ꝛ postea ꝑdicabat. Deinde etiā ipse exigebat vt ille omousiō anathematizaret qđ scripture nō haberēt. Tūc siluan⁹ / et ex nō existētib⁹ inquit: ꝛ creatura ꝛ alteri⁹ substātie scripta nusq̄ sunt. Iustū ergo est hec abdicari/ quod ꝛ imperator quoq̄ decreuit vt fieret: qđ licet cū difficultate fecerunt. Quo gesto exigebāt vt ꝛ ipsi omousiō abdicarēt. Tūc disputatiue atq̄ veraciter syluan⁹ ait. Si ex nō existētibus non est neq̄ creatura nec ex alia substātia deus. Uerbū igit cōsubstātialis est genitori patri sicut de⁹ ex deo ꝛ lumē ex lumine eadēq̄ hz cū genitore naturā. Tūc imperator iratus exiliū interminatus ē eis. At illi potestatē inquiūt habes puniēdi non tñ nos patrū statuta destruimus. Tūc imperator illos pelli iussit. ecclesijs: ꝛ ꝓ eis alios ordinari. Tūt eudoxius cū tyrānice ꝯstātinopoleos teneret ecclesiā pulso eleuzio ciziceꝫ eunomiū ordinauit episcopū. Et eciū i scriptis abdicauerūt. Cui⁹ videbātur eē cōsortes: scripserūtq̄ georgio qđ fuerat gestū. ¶ Sctā synodus cōstātino= B polim cōgregata dn̄o honorabili alexādrine ciuitatis epō georgio salutē. Synodo repħēdēte eciū propter nefandas ei⁹ ꝛ plenas scādalis scripturas: scđm cōsequētiā ecclesiasticarū sanctionū sup eo ab epīs factū est qđ decebat. Dyaconatu nāq̄ depositꝰ ē ꝛ ab ecclesia fact⁹ extrane⁹: ꝛ a nobis hec monita ꝓcesserūt: vt neq̄ ad lectionē cuiuspiā veniāt nefande ei⁹ epistole: sed abijciātur eo quod vehemēter inutiles sunt. His cū abiecim⁹ etiā anathematizādū eū si permanet in eo ꝓposito cū sequacibus suis. Cōsequēs cū erat vt oēs in synodo cōuenictes epi deponerēt autorē scādalorū ꝛ schismatū in omni terrarū orbe factorū inter ecclesias: ꝛ kōcordarēt in sentētia cōtra eū iuste ꝓlata: sed extra vota sp̄eq̄ nostrā saras ꝛ stephanus: heliodorus ꝛ theophilus: in nr̄a sētētia cōcordare noluerūt neq̄ in eius depositione subscribere cū scz saras etiā aliam vesanā arrogātiā eiusdē accusaret ecij. Dicebat em̄ eū asperiora ꝑsumere atq̄ dixisse qm̄ ea q̄ de⁹ hactenus celasset apostolis: reuelata sibimet affirmaret. Post huiusmodi vesanos ꝑsupbosq̄ sermones a membrato fera de ecio ꝓ testatos flecti precib⁹ nequerūt: vt in nostra fierēt determinatione cōcordes. Uerūtñ nos lōganimitate detētī: multo tpe sustinuim⁹ eos: nūc indignātes: nūc rogātes: nūc interminātes: nūc iterū supplicātes: vt cōuenirēt nobiscū ꝛ cōsona omni cōsilio definirēt. Sustinebam⁹ ergo si forsitan audirēt si forsitā intelligerēt si forte ꝑspicerēt. Cūq̄ multo tpe nobis ꝑdurātibus nō flecterētur sequi sentētiā sup ꝑdicto viro ꝓlatā esse ecclesie honorabiliorē q̄ virorū amicitias iudicantes finiuimus cōtra eos excōmunicatiōē tp̄s sex mēsiū ad agēdū penitētiā: eis dātes inducias vt si in hoc tp̄e cōuerterētur ꝛ cōsentirēt definitionib⁹ fratrū suorū suscipērētur in ecclesia ꝛ ꝓpriā fiduciā charitatēq̄ repararēt. Si vero sine penitētia ꝑmanerēt ꝛ amicitiasq̄ hoim regulis ecclesie ꝛ cōcordie nr̄e ꝑponerēt tūc eos epatus dignitate esse iudicamus extraneos. Quib⁹ depositis necessariū erit vt in eorum locis alij cōstituātur epī quatenus legalis ecclesia cōpetētē sumēs ordinē sibi: ꝛ cōcordet epīs vēz vniuersis seruātib⁹ vinculū charitatis: eadēq̄ cū perfectione dicendo in vno intellectu vnaq̄ essentia.

¶ Ut ergo cognoscas que concilio placuerunt hec tue reuerētie scripta transmisimus: orantes vt gratia christi ita custodiens pacifice ꝛ legitime regas sub te constitutas ecclesias.

¶ Capitulum. xliiij.

Nunc enim ecium eunomius. suis libris exaltat ꝛ hominē dei vocat: multisq̄ fauoribus honorat. Sz tūc ꝛ abdicātibus eū interfuit ꝛ ab eis epalez ordinationē

suscepit ipse. Eudoxius igitur ⁊ acatius cū suis prebētes cōsensuȝ his q̄ in nicea trachie gesta sunt: pro basilio et eleusio alios cōstituerūt ep̄os de q̄bus superuacaneū loqui nūc cēseo de. Eunomio solū habito sermone narrabo. Igitur cū eleusio viuo ciziceuā ecclesiā percepisset Eunomius ⁊ populi salubritatē videret Eudoxius: atq̧ imperatorē cōspiceret seuiē tem cōtra eos q̄ creatū cōfitebātur vnigenitū dei filiū cū cōpulit vt celaret hūc sensum: nec cū aperiret inuestigantibus accusatorib⁹: dicēs Eunomio quoq̧ q̄ꝫ opportuno tēpore predicabim⁹ q̄ modo celamus ⁊ ignorātes docebimus ⁊ cōtra dicētes aut flectemus aut cogemus aut puniemus. His ꝓmissionib⁹ persuasus Eunomius obūbratā proferebat impietatē. Sed q̄ diuinis sunt educati sermonibus vidētes dictorū calliditatē moleste q̄dē ferebāt. Aperte vero cōtradicere presumptionis opus ⁊ nō sapiētie iudicabāt. Circūponentes ergo speciem sibimet heretice prauitatis/⁊ hoc se esse fingentes: accesserunt ad domū eius rogantes vt eis exponeret aperte dogmatis veritatem: nec pateretur huc ⁊ illuc eos diuersisq̧ ferri doctrinis. Tūc ille accepta presumptiōe sensuȝ quē celabat aperuit quibus dicētib⁹ nimis esse nepharium vt non oēs sub eo cōstituti veritate fruerentur. His ⁊ huiusmodi seduct⁹ verbis in conuentu ecclesie suā blasphemiā reuelauit. At illi zelo suas alas accendentes: ad constātinopolim perrexerūt: ⁊ primuȝ q̄dē apud eudoxiū inscripserūt eunomiū quo eos nō suscipiētes adeūtes principē testē illius cum gemitu pādiderūt. Dicebāt em̄ poti⁹ illi⁹ dicta impia esse q̄ꝫ arrij. Pro his indignat⁹ imꝑator precepit eudoxio vt educeret eunomi⁹ ⁊ cōuictus sacerdotio nudaret. Cūq̧ frequenter ab accusatoribus iportunitatē passus eudoxi⁹ declinaret: adierūt rursum imꝑatorē igemiscentes: q: nihil quod p̄ceperat fecisset eudoxi⁹/sed tātā despiceret ciuitatē: blasphemijs eunomij pareuntē. Tūc cōstantius expulsurū se interminat⁹ eudoxium est nisi eunomiū iudicādum deduceret: et conuictum in accusatione puniet. Hoc metuēs eudoxius scripsit eunomio vt de cizico fugeret sibiq̧ reputaret qui nequaq̄ꝫ eius monitionibus obedisset. Uerū eunomi⁹ metuēs abscessit q̄deȝ sed cōtumeliā non ferēs proditiōis q̄dē accusabat eudoxiū. Iesumq̧ se et eciū asserebat ac deinde gregē ꝓprie cohortis instituit. Quicūq̧ em̄ ei⁹ dogmatis concordiā sequebant: ab eudoxio recesserūt proditionē accusantes eius sociātes semetipsos eunomio qui hacten⁹ ab illo nomē hr̄e noscūtur. Hinc ergo heretic⁹ factus eunomi⁹ īpietatis cumulo auxit arrij blasphemias. Quia vero arrogantie seruiēs passioni ꝓpriū probat fecisse collegium: ipsa q̄ sunt gesta cōclamāt. Naȝ cū abdicatus ecius fuisset ⁊ expulsus cū eo egressus nō est/licet doctorē euȝ et dei holem nominaret sed mansit cōiunctus eudoxio. Cū aūt impietatis penas exigeretur ratum nō habuit cōcilij decretum sed ordinauit episcopos atq̧ p̄sbyteros episcopali dignitate priuatus.

¶ Socrates. Capitulum. xliiij.

PEr idem tempus in laodicia syrie duo erāt viri: vno nole nuncupati. Pater atq̧ nat⁹ vterq̧ dicebatur apollinaris. Pater presbyterij dignitate functus filius autem habēs lectoris officiū grecorū ambo doctores eloquiorū. Pater grāmaticus filius erat rhetor. Pater nāq̧ cum fuisset alexādrinus genere ⁊ prius docuisset in beryto: postea venit laodiciā: ⁊ veniēs duxit vxorē: ⁊ filiū habuit apollinarē. Tūc igitur ambo exercebātur cū epiphanio sophista: ⁊ cū essent eius amici valde fouebāt eū. Hoc metuēs theodotus laodicēsis ep̄s ne frequēti confabulatione sophiste declinarēt ad paganitatē ꝓhibuit ne ad eius scholas accederēt. Qui parui pēdētes ep̄m epiphanij amicitias magis amplectebant. Postea georgi⁹ theodoti successor cū eos ꝓhibere nō potuisset: ambos cōmuniōe priuauit. Tūc apollinaris filius arbitratus iniuriaȝ fretus eloquij tumore sophistici: nouitatem et ipse introduxit hereseos. Que nūc fertur nomē ab inuentore gerens. Aiunt enim quidā excitatos eos aduersus georgium

non tantū propter predictā cauſam: ſed qꝛ videbant eū varia dogmata ꝓferentē ⁊ nūc quidē profitentē ſimilē patri filiū ſicut erat ſeleūtia cōſtitutū: nūc aūt in arrianā declinare ſententiā. Quapropter velut opportunā ſumētes occaſionē abſceſſerūt. Cūq; nullus eis intēderet, ſub ſchemate religionis peſtē hereſeos introduxerūt. Et primū quidē dicebāt aīam a deo verbo in diſpēſatione incarnationis nō aſſumptā. Deinde quaſi penitētia ducti corrigētes ſemetipſos adiecerūt. Animā quidē aſſumptā q̄ tamē nō haberet mentem: ſed deū verbum eſſe pro mēte in homine aſſumptū. Circa hoc itaq; ſolū dicunt eſſe corrupti ꝙ tūc illorū nolevocitātur. Nā trinitatē cōſubſtātialē eſſe profitemur.

¶ Theodoricus.

¶ Capitulum.xlv.

Cum inter hec tamporis rex pſarū ꝯtra romanos caſtrametaret. Cōſtantius cū magno exercitu veniēs ad antiochiā fugauit hoſtes. Qđ nō militia romanorū [illegible] deꝰ ꝙ colitur a romanis. Tropheū ergo nūc ſtudeo narrare victorie. Niſibꝰ quā quidā antiochiā migdoniā vocāt in termino poſita eſt perſicarū romanarū terrarūq;. Huiꝰ erat eps atq; rector ⁊ dux iacobꝰ apoſtolice gratie radijs illuſtratꝰ. Cuiꝰ digna laudādaq; miracula in hac hiſtoria ꝯſcribere aut enumerare ſuperuacaneū iudicaui. Sz vnū tātūmodo eius opus cauſa narrationis exponā. Huius igitur ciuitatē romanis ſubditā perſarum exercitus obſidebat: ⁊ cū ſeptuaginta dies iugiter obſeruaret ⁊ multas quidē cepiſſet ciuitates: plurimaq; circa hāc molimina poſuiſſet, ⁊ vallos atq; foſſata pro capienda vrbe feciſſet: eam nequaq; valuit obtinere. Poſtea vero per ſe impetum migdonij fluminis per ciuitatē mediā, properātis: a lōge retinētes ⁊ vtraſq; ripas eius faciētes celſiores vt aquas in collecta cōcreſceret: ꝙ vi maiori poſſet irruere. Cū vidiſſet iam etiā illas quas fecerant ſublimes ripas impleri ſubito auferentes quas fecerāt cataractas dimiſerūt impetū fluminis contra murū ꝙ vehemētis aque pondus nō ferēs eſt inclinatus ⁊ cecidit. Quo facto ingrediēs aqua cum magno impetu etiā aliā partem muri vnde fluuius ſolebat exire: cū magna ruina depoſuit. Hoc ſaporis inſpiciēs credidit ſe ſine pugna capere ciuitatē. Et illa q̄dem die ꝙuit vſq; fundus fluminis purgaretur: ⁊ poſſet ambulari per fluuiū. Altera vero die cū oī militia credens ꝑ loca ruinoſa murorū ciuitatē intrare vidit murū ex vtraq; parte fabricatū. Ille nāq; ſacratiſſimus homo orationibus milites coarmauit et alios vrbis habitatores. Quo facto ⁊ murum reſtituit ⁊ propugnacula fecit q̄bus repelleret accedētes. Et hoc nō ad murū veniēs egit: ſed intra tēplū ſacratū dño ſupplicās adimpleuit. Porro ſaporē nō ſolū muri fabrica terruit: ſed etiā altera viſio perturbauit. Uidit enim ſtantē ſupra murum quendā imperiali ſchemate circūamictū: ⁊ tā purpurea q̄ dyademate reſplendere. Arbitratus autem eſſe romanorum imperatorē mortem minatus eſt eis ꝙ nūtiauerant nō illuc eū eſſe preſentē. Quibus affirmātibus vera dixiſſe ⁊ conſtantiū antiochie cōmorari ex vultu quē videbat agnouit eorū verba eſſe veracia: ⁊ ait deū bellū gerere pro romanis: Cūq; hoc grauiter haberet infelix ſagittā dimiſit in aerem. Et cū vidiſſet qꝛ in corpore eū iaculari nō potuit tñ veſanie ſue impetu non receſſit. Tunc igitur efrē vir mirabilis ⁊ cōſcriptor egregius apud ſyros ſacratiſſimo iacobo ſupplicabat vt veniret ad murum: ⁊ vidēs barbaros maledictionis iacula ꝯtra eos emitteret. Flexus ergo venerabilis hō aſcendit in quandā turrim ⁊ cū milia milium videret exercitus: aliā maledictionē eis nō petijt: niſi cinifes ⁊ culices vt ꝑ parua animalia ſupernam virtutem potuiſſent agnoſcere. Orationē vero ſecute ſunt nebule ſciniforū ⁊ culicū: ⁊ elephātorū q̄dē promuſidas cum ſint cōcaue equorū vero aliorumq; iumentorum aures ſimul ⁊ nares impleuerunt. At illi ferre vim paruorum animalium nō valentes: ſeſſores ſuos ductoreſq; excuſſos dorſis proiecerunt: ⁊ diruptas acies cōfuderunt: exercitumq; relinquētes ſummo impetu fu-

giebat. Hoc modo ter miserrimus imperator paruam clementēq₃ correptionē in se cognoscens factam a deo habente prouidentiam animaru₃ eum pie colentiū: suum exinde reduxit exercitum: confusionem nō victoriam ex illa obsidione percipiens. ¶Capitulum.xlvj.

Hoc itaq₃ tēpore cōstantinus anthiochia morabatur. Et partico ƥlio quiescente rursus colligebat episcopos cogens omnes denegare verbū ⁊ vniusſubſtātie ⁊ alterius ſubſtātie. Uerū cū eudoxius post leonciū anthiochenā₃ abripuiſſet ſedē. Deinde pulſus post multa cōſilia cū cōſtātinopolitanū inique tenuiſſet episcopatum anthiochena eccleſia paſtore primata vide baț. Tunc ergo cōuenictes epi cū eſſent plurimi ⁊ vndiq₃ cōgregati dicebāt imperatori oportere primitus paſtorē cōſtitui ⁊ ita cū illo de dogmatibus cogitari.

¶Capitulum.xlvij.

Illo tempore ſacratiſſimus melecius ciuitate₃ quandam armenie regens: ⁊ barbaros edocens quietem habere videbatur. Quem putantes arriani ſibi conſentire: petierunt a cōſtātio vt anthiochene conſtitueretur preſul eccleſie. Cū quibus etiam orthodoxi propter claritatem eius vite ⁊ ſalubritatem rectorum dogmatum: in eius ſubſcripſere decreto: ipſumq₃ decretu₃ vtraq₃ pars euſebio ſamoſateno commēdauit epiſcopo. Ueniente ſiquidem magno melecio occurrit ei populus vtriuſq₃ partis. Cu₃ quibus iudei pariter ⁊ pagani deſiderātes famoſiſſimum videre melecium. Tūc imperator ⁊ ei ⁊ alijs qui exponere poterant iuſſit vt populis explanarent locu₃ illum: dominus creauit me ab initio viarum ſuarum in opera ſua precipiens vt exceptores eorum verba conſcriberent. Et primum quidē₃ georgius laodicie ſctorem heretice peſtis euomuit. Poſt quē acatius ceſarie quandam nullius protulerre mediam doctrinam: multum ab illorum blaſphemia receſſit non tamen ſummu₃ apoſtolice integritatis dogma ſeruauit. Tertius autem magnus ſurrexit melecius ⁊ rectitudinē regule in ſacra diſputatione monſtrauit. Nam veluti quoda₃ pondere veritatis vtens: ⁊ qd plus ⁊ qd minus erat euitauit. Cūq₃ turba vniuerſa faueret rogās vt breuem eis doctrine daret imaginē tres oſtendēs digitos deinde colligēs duos ⁊ vnum tendēs. Illā laudabile protulit voce. Tria ſunt q intelligitur: ſed tanq̄₃ de vno diſputamus.

¶Sozomenus. ¶Ca.xlviij.

Eo tēpore fertur archidyaconē eius eccleſie ad hec eo loquētē extenſa manu eius os obſtruxiſſe. At ille ſuā ſentētiam manu clarius q̄₃ voce ſignauit. Tribus eni₃ apertis digitis ⁊ denuo clauſis ⁊ vno tm̄ digito rurſus extēſo policis ſchemate deuulgabat: q₃ tres vnū ſint. Deinde archidyacono ei⁹ manū ore demiſſo tenēte libera voce clamabat nicenū ſeruari debere conciliū. ¶Theodoricus. ¶Cōtra hanc doctrinā arriani calumnie linguas exacuerūt ſabellianū aſſerentes ſanctum eſſe melecium. Ob quā rem principi ſuaſerunt vt in ƥpriā ƥuinciā exilio mittereț. Et factus euzoi⁹ aperte arrianū dogma laudauit. Hūc cum arrio magnus alexāder dyaconatu priuauerat. Hoc itaq₃ facto chriſtianus popul⁹ ab hereticis diuiſus in apoſtolicā eccleſiā poſita₃ loco q̄ diciț vetus conueniebat. Annis nāq₃ triginta poſtq̄₃ magnus euſtachius fuerat expulſus orthodoxi arrianorū onera ſunt perpeſſi: reru₃ mutationē vtilē ſuſtinentes. ¶Sozomenus. ¶Sequacibus eī̄ melecij cōmunicare noluerunt hi q̄ ab initio nicenū dogma ſeruauerāt dicētes: q₃ ex arriano decreto melecius fuerit ordinatus ⁊ ſequaces ei⁹ ab illis ſint baptizati: ob quā rem anthiochena eccleſia in aliā diuidiț partē. ¶Theodoricus. ¶Cūq₃ viderēt orthodoxi hereticoꝝ creſcere magis impietatē ⁊ apoſtolici dogmatis defenſores aperte debellari: ſanctūq₃ melecium pulſum ⁊ euzoium hereticū ordinatū verborum memorati ſunt que dicta ſunt loth. Salua inquit ſalus animam tuam

Ad hec etiaȝ euangelici verbi dicentis. Si oculus tuus dexter scādalizat te: an fer eum ⁊ proijce abs te. Idem ⁊ de manu ⁊ pede dño sanciente qui etiam adiecit dicens Melius est enī tibi vt pereat vnū mēbrū tuū ꝙ totum corpus in gehēnā mittatur; ¶ Capitulum.xlix.

Porro mirabilis Eusebius cuius dudum memini decretū fuisse commēdatū vidēs preuaricatione petrī circa melecii meditatam: ad suā reuersus est ciuitatē. Arriani vero scriptum testimonium metuētes cōstātio suaserūt vt mitteret: qui decretū i melecio factū ab eusebio reuocaret Tunc missus est veredarius qui hec velociter adimpleret. Cūq͂ venisset ⁊ imperatoris verba nuntiasset tunc eusebius ammirādus: cōmunē inquit depositū non restituā nisi oēs qui tradiderūt dicant. Qđ dū q̄ fuerat missus renūtiasset: indignatus imperator denuo misit vt rediret: qđ accepit: adijciēs scripto vt si redire nollet dexterā manum eius abscinderet: verbo tñ iubēs illi quem misit ne faceret qđ habebatur in literis. Cūq͂ epistolam legisset eusebius: ⁊ inuenisset penā ab imperatore dictatā cuȝ dextera manu obtulit ⁊ sinistrā ambas incidi petēs. Nā decretū inquit nō cuidō clarā arriane impietatis indiciū. Hac eius firmitatē Cōstātius vidēs laudauit egregie. Mirantē em ⁊ impij resistentium sibi laudes cum gestorū magnitudine superantur.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulū.l. A.

Et igit apud oriētales agebāt ecclas. Interea iulian⁹ cesar bello deuincēs barbaros apđ rhenū fluuiū residētes alios q̄dē peremit alios cepit claraq͂ victoria decorat⁹ dū mediocritate vite atq͂ māsuetudine militib⁹ grat⁹ eēt ab eis appellat augustus: hoc facto nihil de cōstātio cogitans. iudices ab illo factos honoribus mulcebat ⁊ ad illi⁹ inuidiā literas pferebat q̄bus ondēret eū ꝓpter bellū cōtra magnētiū gestū i italiā barbaros induxisse. Re pēte vero religiōe mutata cū prius xp̄ianū esse putaret semetipm pōtificē noiauit ⁊ veniēs ad tēpla paganorū sacrificabat subiectisq͂ talia colere suadebat Cū q͂ cōstāti⁹ ꝓpter bellū psicū anthiochiā moraret; sperans ille qz sine bello posset illyricū detinere ad cosagebat iter dicēs se velle cōstātio satisfacere tāq͂ nō spōte sed volūtate militū insulas imperij suscepisse. Dr itaq͂ qz dū ad hos terminos accessisset vindemia iā collecta: circa occasum pliadarū vuas denuo fuisse platas. Insup etiā imbrē ex aere descēdētem in eius veste simul ⁊ ceterorū guttas singulas crucis formasse signacula. Hoc facto videbāt ⁊ ipsi ⁊ alij qz botris extra tpˢ illatis bonū rei pādere indiciū. Imber aūt cadēs vestē supra quā ceciderat roborare t. Alij vo dicebāt vuarū signū qđ pter tpˢ sit significare pditionē imperatoris ad instar huiusmodi botrorū ⁊ par ui tēporis fore ei⁹ imperiū. Porro de cruce dicebāt prenūtiare hoc signū qz sit celeste dogma xp̄ianorū ⁊ oporteat signari cūctos crucis indicio vñ cognoscitur qz diuersā interpretati quā dixerat imperator: veritate fraudati nō sunt verū eīn oppositū ne dictū sequēs tēpus ostēdit. Cum audiret itaq͂ constantius contra se venire iulianū istructione belli partici derelicta cōstantinopolim veniebat. ¶ Socrates. ¶ Et mox focrinis inter B cilicas atq͂ capadocas nimis cogitatiōe apoplexie passiōe defunctus est cōsulatu Thauri ⁊ florentij tertia die nouēbris mensis anno vite sue quadragesimo ⁊ quinto ex q̄bus tredecim cū pre regnauit vigintiquinq͂ post illū. ¶ Sozomen⁹. Quo defuncto iulian⁹ quidē iā trachas obtinebat. Et nō post multum cōstātinopolim veniens appellatus est imperator.

¶ Explicit liber quintus.

¶ Incipiunt tituli libri.vi.

i De iuliani gñe ac disciplinis et quō peruenerit ad imperium.

ij Quomodo iulianus ad ritū deuenerit paganorū ⁊ de sacrificijs idolorum.

iij Quomodo etiā ante imperiū latēter fuisset paganus.

iiij Quā fuisset xp̄ianis infensus.

v Quia ab initio imperij sui magis pepercerit xp̄ianis.
vi Quō maris ep̄s calcedonie i facie redarguerit iulianū.
vij Quia eos q̄ fuerant deportati a cōcilio reuocauit.
viij De seditione apud alexandriā orta contra paganos.
ix Quomodo alexandrinus georgius sit extinctus.
x Quō iulianus ecclesias clausit & ecclesie ornamēta diripuit.
xi De eusebio nectare & zenōe martyribus.
xij De hilariōe monacho & crudelitate heliopolitanorum & aretusiorū cōtra christianos. de marcho ep̄o eiusq; martyrio.
xiij De macedonio: theodolo et daciano martyribus.
xiiij De basilio martyre & eusicho.
xv Que in gaza cōtra xp̄ianos crudeliter sint commissa atq; sebastia necnon & in phenice.
xvi De simulachro androgino a paganis in ecclesia cōstituto.
xvij De legib' quas iulianus cōtra xp̄ianos posuit.
xviij De reditu athanasij ad alexandriam.
xix De lucifero & eusebio.
xx De cōcilio apud alexandriā cū athanasio celebrato.
xxi De differentia substātie & subsistentie.
xxij Pars libri athanasij de satisfactione fuge.
xxiij Quia eusebius veniens anthiochiam propter paulinū diuisum vidēs ppl'm fuerit indignatus.
xxiiij De hilario pictaniense.
xxv De macedonianis.
xxvi Quia iulianus quoq; persecut' sit athanasium.
xxvij Quō iulianus fouerit cizicū propter paganitatis cultum.
xxviij De tito bostrensi episopo.
xxix Qr iulian' p̄cepit vt b'm xp̄ianorū ritū etiā paganí orōnes & elecmosynas facerēt & decimas templis offerrēt & cetera que xp̄iani moris est adimplerent.
xxx Quibus modis locutus est paganitatē extollere: & milites idolis inclinare.
xxxi De corpe martyris babile: & de simulachro appollinis fulmine cōcremato.
xxxij De publicatione vasorū ecclesiasticorū & quō iulianus prefect' & felix annihilantes ecclesiā diuinitus sunt puniti.
xxxiij Quō apud anthiochiā sacerdotis filius sit cōuersus.
xxxiiij Quō iulianus ad's immolaticijs vniuersa polluerit eiq; restiterit vincētius & maximus.
xxxv Quō valētinian' q̄ post eū imperium pro aspersiōe immolatitie aque ministrū percussit templi.
xxxvi De artemio martyre et publia abbatissa.
xxxvij De basilio atq; georgio.
xxxviij De his q̄ amore pecunie a fide declinauerunt.
xxxix Quō pecunias iulianus abstulit christianis.
xl Quō ab anthiochenis irrisus sit.
xli De simulachro christi qđ deposuit iulianus.
xlij De bn̄ficio herbe q̄ nascebat iuxta simulachrū xp̄i & de miraculis que per loca diuersa pro nomine xp̄i fiebant.
xliij Quō iulianus iudeos armauerit cōtra xp̄ianos & de tēplo hierosolymorum.
xliiij De bello partico et quō iulian' illic perrexerit.
xlv Quō iulian' monach' ei' mortē anteq; audiret prenunciauit.
xlvi De inconsulto iuliani dicato.
xlvij De peremptione iuliani.
xlviij Que magie post mortem eius inuente sunt.

¶ Expliciunt tituli libri .v.

¶ Incipit liber sextus.

¶ Socrates. ¶ Capitulum .i.

HUnc igitur de iuliano pauca dicēda sunt: eius & quoq; genere ac disciplina quō

venerit ad imperiũ. Cõstãtin⁹ q̃ bizãtiũ suo nõie cõstãtinopolı̄ appellauit duos habuit ex eodẽ patre non ex eadẽ matre germanos. Quorũ vn⁹ dalmati⁹ alter cõstãtius vocabat. Et dalmati⁹ q̃dẽ habuit sui nois filiũ. Cõstãti⁹ aũt duos habuit natos gallũ ꝛ iulianũ. Post mortẽ cõstãtini cõditoris Cõstãtinopolitane ciuitatis dũ milites iuniorẽ dalmatiũ pemi ssent tũc ꝛ isti defuncto iã patre pene mortis periculũ cũ dalmatio sustinuerãt nisi gallũ q̃dẽ egritudo q̃ putabat ineuitabilis liberasset. Julianũ vero etas infantis erat em̃ annoꝝ octo. Cũq; ab eis feruor impatoris quieuisset. gall⁹ circa ephesũ apd̃ doctores erat vbi etiã a ꝑgenitorib⁹ possessiões habebat. Porro iulian⁹ crescẽs in auditorijs. Cõstãtinopolitane vrbis exercebatur in basilica vbi doctores erãt habitu priuato ꝑcedẽs habebatq; pedagogũ eunuchũ noie mardoniũ grãmaticũ nicomedẽ laconẽsẽ rhetoricã vero legebat apd̃ eubolũ sophistã tũc xp̃ianũ. Qd̃ ꝑuidẽtia q̃ppe cõstantij gestũ est: ne apd̃ paganũ sophistã legẽs ad ei⁹ superstitiõis dogmata declinaret. Erat em̃ iulianus ab initio xp̃ian⁹. Cũq; lectiõe ꝑficeret fama p ppl̃m volitabat q꞉ posset etiã romanã gubernare rẽpublicã. Qd̃ dũ lati⁹ panderet estuatiões induxit imperatori cõstãtio. Quãobrẽ abstinuit eũ ab vrbe regia. Et misit in nicomedia/ ꝑcipiẽs ne cõueniret apud libaniũ sophistã syrũ. Tũc em̃ libani⁹ a pedagogis cõstantinopolitanis expulsus: nicomedia morabat. Prohibebat ergo iulian⁹ apud libaniũ legere eo q꞉ pagan⁹ esset. Verũtn librorũ ei⁹ lectionibus vtebat. Cũq; proficeret i. rhetoricã supuenit l 𝔅 nycomediã maxim⁹ ob̃sũ: nõ ille bizãtius pr̃ euclidis sꝫ ephesi⁹ quẽ postea quasi artes magicas exercentẽ valẽtinianus imperator ꝑcepit occidi. Tũc igitur non ob aliã cãm nicomediã venerat nisi iuliani fama ꝑtractus. Apud quẽ iulian⁹ cũ verba philosophica ꝑgustasset: cepit etiã doctoris imitari religionẽ. Js em̃ etiã imperij cupidinẽ alo ei⁹ īmiserat. Cũq; hec nõ laterẽt aures impatoris inter spẽ metũq; cõstitutus suspitionẽ celare volens q꞉ q̃ dudũ integer fuerat xp̃ianus postea proditor est effectus tonsus monochicã simulabat vitã: ꝛ latẽter exercebat i philosophica: i manifesto aũt sacros xp̃ianorũ legebat libros. Denicq; in ecc̃lia nicomedie lector est constitutus: ꝛ sub hoc habitu furore declinauit imperatoris. Hec eq̃ue ꝑ timore faciebat nequaq̃ ab spe recedẽs quã mẽte cõceperat. Dicebatq; plurimis amicoꝝ suoꝝ felicia fore tẽpora: quib⁹ ipse rerũ potiret impio. Dũ hec itaq; cõtra eũ sic agerẽtur: gallus germanus eius cesar constitutus venit ad nicomediã visurus eũ dũ pergeret orientẽ. Post paululũ vero perẽpto gallo repẽte iulian⁹ quoq; fit suspectus imperatori q̃ etiã eũ custodiri ꝑcepit: ꝛ dũ fuga lapsus fuisset diuersa loca circũeũdo saluat⁹ est. Vixq; sero vxor impatoris eusebia celatũ inueniẽs/ supplicauit impatori quatenus nihil mali pateretur: sed vt potius ad philosophãduꝫ mitteretur athenas. ❡ ❡ Theod. ❡ Cepit igitur iulianus imperialia sceptra desiderare. Quãobrẽ discurrẽs vniuersã helladã vates que rebat respõsa reddentes consulens si ad suũ imperiũ ꝑueniret. inuenitq; virũ q̃ ꝛ desiderata se dicere fateretur. Js eũ perducẽs ad quẽdã idoloꝛũ locũ: ꝛ itromittẽs in aditũ seductores demones euocauit. Quib⁹ solẽniter apparẽtibus terrore cõpellitur iulian⁹ in frõte sua crucis formare signaculũ. Tũc demones trophei dñici figurã respicientes et sue recordationis deuictiõis repẽte disparuerũt. Qd̃ agnoscẽs mag⁹ cepit culpare iulianũ. At ille ꝛ terrorẽ significauit ꝛ crucis se dixit ob stupẽde virtutẽ/ eo q꞉ videntes hoc signum demones euanuerunt. Porro magus. nõ hoc suspiceris inquit o bone vir q꞉ timuerũt sicut ais/ sꝫ ab hominati hoc signũ potius abscesserunt. Et ita capiẽs miserum odio repleuit xp̃iani signaculi iulianũ. ❡ Socrates. ❡ Post 𝔇 hec igitur imperator euocauit iulianum et constituit cesarem. Danlq; ei coniugem constantiam sororẽ suam: contra barbaros eũ destinauit ad gallias. Ibi namq; barbari quorum imperator constantius cõtra magnentiũ solatia petierat: cuꝫ nihil profuissent cõtra tyrannũ romanorũ vastabãt vrbes. Cũ esset ergo inuẽculus

Julianus iussit vt preter cōciliū ducū nihil moliri presumeret. Cūq₃ illi accepta potestate negligerent: et ꝓpterea barbari superarent: tunc iulianus duces quidem delitijs vacare permisit. Sumenos aūt milites eisq₃. spolia percepto: ... dostiū cōpromittē ... vincendi barbaros fecit. et amorē suum apud milites collocauit. Fertur itaq₃ dū in aliquā ciuitate fuisset ingressus: q₂ corona laurea quib⁹ solet ciuitates ornari inter columnas pendēs rupto fune sup eius caput decidit: eumq₃ aptissime coronauit. Quo facto cuncti clamauerūt q₂ ei signū foret imperij. Aiūt etiā quidā Costātiū ꝓpter ea eum contra barbaros direxisse: vt ibi deficeret. Sed nescio vtrum vera suspitio sit: nā qui ei germanā dedit vxorē si hoc cogitasset otra se potius insidias excitaret. Cū igit iulianus apud imperatorē de ducū negligentia quereretur: alter mittit magister armoꝝ: eius alacritati cōsentiens. Cuius ministerio cū barbaris fiducialiter est cōgressus: ⁊ dū illi per legatos literas imperatoris eos ad ꝓuintias inuitātis ostēderet: tūc ille legatos eoꝝ misit in vinculis. Factaq₃ cōgressione vicit ita vt etiā captū regē. Conflatio dirigeret. Hac felicitate ꝓuectus a militibus appellatur augustus. Cūq₃ corona deesset imperialis: vnus ex signa portantiū torquē quē habebat i collo suo: piena iuliani capiti circūposuit. Hoc ergo mō iulian⁹ imperator est factus. Que vero postea gesserit ille phūs indicēt audientes. In ipo nāq₃ pricipio missa legatiōe apud costātiū nec alam bñfactoris placās q̄cūq₃ ei videbant agebat mō iudices immutādo prouinciales: mō derogando cōstantio ⁊ per vrbes singulas publice relegendo ab eis barbaris definitas epistolas. Quāobrē plurimi eū sequebantur a cōstantio recedentes. Tūc igitur etiam figmentum christianitatis quod habebat abiecit. Et dum circuiret diuersas vrbes aperiens templa idolis offerebat: et semetipm paganoꝝ pontificē nominabat. Cūq₃ talia gereret intestinū bellum cōtra constantium: quesita occasione preparabat ⁊ quātū ad eū ꝑtinere potuit. Non em̄ sine multo sanguine studiū ei⁹ philosophie potuerat adimpleri nisi de⁹ cōciliorū iudex alteꝝ sine alteri⁹ cōcertatione finisset. Nam cū venisset iulianus ad trachias nuntiatum est morꝫ tuū fuisse cōstātiū. Et hoc modo intestino bello romanū liberaret iperiū. ¶ Veniēs ꝑ aūt iulianus cōstātinopolim cogitare cepit queadmodū sibi ppl'm cōplacaret ⁊ eoꝝ fauorē decēter acqreret. Ob hac arte fecit. Bñ nāq₃ sciebat cōstātiū ab olbus populis nomē cōsubstātiās litatis amplectētib⁹ odiri. Ob quā rē ab ecclesijs videbant exclusi ⁊ cōfiscati exilioq₃ directi. Simul etiā nouerat ⁊ paganos fuisse cōtristatos prohibitione sacrificioꝝ ⁊ desiderare adipisci ipē quo coꝝ aperirētur templa ⁊ haberēt idolis immolādi licentiā. Sic igitur vtrūq₃ populū meroꝝ⁹ vulneratū a defuncto cognoscens: ⁊ cōmuniter oēs enuchoꝝ violētia ⁊ precipue eusebij rapinis ingemiscēres: apud oēs semetipm artificioso velamine cōmēdauit: ⁊ alijs quidem fingebat alijs aūt ꝑ vanā gl'am largus erat. Oib⁹ tamen in cōe qualis esset religione mōstrabat. Et primū quidē crudelitati cōstātij circa subiectos derogans ⁊ eam corā populo vituperio redarguens iubet episcopos exilio deportatos euocari et cōfiscatas eoꝝ reddi substantias. Templa quoq₃ paganoꝝ velociter suos necessarios precepit aperire. Eos aūt qui fuerāt ab eunuchis oppressi recipere q̄ male ab eis fuerāt abrepta sanciuit: eusebiū vero ꝑsidētē impialı cubiculo morte dānauit nō solū q₂ multos oppresserat s₃ q₂ gallū quoq₃ fratrē suū ei⁹ accusatione adierat intercēptū: ⁊ corpus ꝙdē ostātij regio honore sepeliuit. Expulitq₃ palatio eunuchos tonsores ⁊ cocos. Eunuchos quidē q₂ ei⁹ vxor obierat post quā nō duxit aliā. Cocos aūt eo q₂ cibis simplicibus vteretur. Tonsores aūtē vnus inquit sufficit multis. Scriptorum aūtē plurimos fortune antique restituens: reliquis coꝝ mercedē scripture dari precepit. Abscidit quoq₃ etiā publicū cursum mularū ⁊ caballoꝝ quos publicis iussit vtilitatib⁹ ministrari. Hec ei⁹ ꝑpa laudāt pauci: plurimi q₃ vituperat: q₂ remoto fastu palatij cōteptibile videbat imperiuꝫ

Capitulum.ij.iij,⁊.iiij.

cum longe aut decem aut viginti aut triginta stadijs aqua maneret. Qui licz ita domaret corpus: priorē tamen valetudinem nō amisit. Fertur eciā quia duz quatuor latrones eius inuasissent hospitiuz cōprehendisset oēs atq3 ligasset suisq3 humeris impositos ad ecclesiam perduxisset in voluntate monachorū ponens qd de illis facere vellent. Fuit ergo in summa phia z terribilis demonibus et presbyter in scithi cōstitutus. vixit annis pene .lxxv. Sub hoc igitur imperio y fuit paulus de libia in scithi nō minus quingētos monachos habens. Nihil autem operabatur neq3 percipiebat nisi qd comederet, tantū. Orabat autē solūmodo. Et veluti quoddā tributū habēs impositū trecētas oratiōes deo vnaquaq3 die reddebat. Et ne numero forte delinqueret trecētos lapides ponebat et singulis orationibus lapidē mittebat in sinū. Expensis vero lapidibus orationes sciebat esse cōpletas. ¶ Tūc etē Z nim pachomius abbas in scithi florebat a iuuētute vsq3 ad senium optime cōuersatus. Quē neq3 circa anime passionem demō aliqñ decepit. AB ¶ Stephan⁹ aūt circa mareotez habitauit pfecte degens et integra cōtinentia. Qui circa sexaginta annos pbatissimus monachus fuit: z antonio magno notissimus. Fuit itaq3 mansuetus z sapiens locutione suauis z vtilis tristātiuz consolabatur animos z alacritatē reuocabat licet necessaria tribulatio pueniret. Talis etiā erat in cladibus pprijs. Deniq3 dū infirmitatē incurabilem incurrissent z medici putrida mēbra eius incidissent: ille manibus tñ operabatur palmaruz flectēs folia z presentibus persuadens vt de reb⁹ huiusmodi incidi nō dolerent neq3 aliud cogitarent nisi de bono fine. Deus inquit q̄ fecit cūcta vtilia sunt. Ego autē noui quia hmōi passiones p peccatis eueniunt. Et meli⁹ est hic penas soluere: q̄ post mortem ppetua supplicia sustinere. ¶ Pyor autē cuz de domo patris ad philo AC sophiā conuersionis exiret: promisit denuo nullū se ppinquorum de cetero fore visuruz. Post quinquaginta vero annos dum eius soror eū videre vellet z habitare in heremo cognouisset: nō cessabat donec inspiceret. Quā dum episcopus loci iam grādeuam propterea videret affligi scripsit presulibus heremi vt pyorem dirigerent. At ille qm̄ contendere nephas est iussionibus seniorū obediens: et assumens quendam venit ad patriā. Cumq3 ante ianuas dom⁹ sue accessisset z suū nūtiasset aduētū: deueniēte germana clausis oculis dixit. Ecce ego sum pyor quāto vis aspectu satiare. Tunc illa gratificata laudauit deum. At ille oratione facta remeauit ad heremum: vbi fodiens aquam inuenit amarā eaq3 vsus est vsq3 ad vltimū vite diem. Post cuius obitum nullus illic habitare preualuit. Ego autem reor q2 per orationem eam ad suos vsus fecit dulcem: dum etiam alibi non errantem orationem meruerit emanare. Nam cum moyses z eius monachi puteum aliquando foderent, z nec venā aliquam reperirent: nec amplius iam fodere altitudo permitteret medio die superuenit pyor z oratione facta descendit in foueam. Cumq3 tertio percussisset terraz mox emanauit aqua. Cumq3 oratione facta discederet: illis eum petentibus vt vel ex aqua gustaret: ad hoc inquit directus sum: z propter quod veni peractum est. ¶ Ammonium itaq3 ferunt AD nimis eruditum: origenis didymiq3 discipulum a iuuentute vsq3 ad nouissimum diem preter panem assum nihil aliud comedisse. Hunc dum voluissent quidam ad episcopatum protrahere nec ille posset eos sermonibus euitare: abscidit propriam aurem dicens. Jam modo neq3 volente me quisq3 patitur ordinari dum ecclesiastica regula corpore perfectos exquirat. Proinde discedentibus illis et denuo remeantibus atq3 dicentibus: quia morum perfectionem potius ecclesia quam corpus exquirat: iurauit etiam linguam suam abscindere si ei vim niterentur inferre. Quo audito qui venerant recesserunt.

¶ Eo siquidem tempore fuit Eua- AE grius vir eloquentissimus a gregorio episcopo nazanzeno decenter eruditus: cuius etiam fuit Archidiaconus. Ferunt enim eum aspectu fuisse pul-

therrimum: et circa cultum vestitus ornatum. Cumque eum quidam senator zelotypus vxoris sue cognouisset esse notissimum: ei mortis parabat insidias: que ad perfectū peruenire potuerunt: nisi ei quedā terribilis et salutaris visio predixisset. Uidit enī in somno quasi pro crimine fuerit cōprehensus ferroque vinctus pedibus manibusque ad suppliciū duceret. Quod dū fieret quidā protulit euāgeliū: et promisit eū de vinculis esse soluendū si ab vrbe cōstantinopolitana discederet: id que compulit sibi iureiurādo pmitti. At ille tactis euāgelijs hoc se cōpiere pmisit: et vinculis solutis expergefactus est: ac sacre credens visioni pericula declinauit. Tūc ab vrbe cōstantinopolitana venit in hierosolymā. ¶ Fuerūt etiaz in rinocoruna uo peregrini sz punctales viri philo A ff sophiaque florentes. Inter quos fertur melas episcopus huiusmodi fuisse benignitatis. Dum iussi fuissent qui episcopo resistentes arrio deportarent exilio: venerunt ad huius ecclesiā. Quez dū inuenissent veluti vltimū ministrum candelas ecclesie pparantē: interrogauerunt vbi esset episcopus. At ille. Ego inquit vos episcopo nūtiabo. Tunc ex itinere fatigatos ad epm duxit: et apposita mensa pauit et valuit. Postea ministerio completo ciboruz dixit hijs quos apposita mensa refecerat se esse episcopū. At illi mirati virū causas aperuerunt et reddita reuerentia ei dederūt fugā. Tunc ille. Non inquit declinabo quod mei similes libentissime susceperunt: sed volēs exilij precepta suscipio. Huius frater salomon ex negotiatore conuersus ad magnū philosophie culmen AG euectus est.

¶ Hoc tempore epiphanius qui postea cipri fuit episcopus: inter eremitas maximus habebatur. ¶ Fuit etiam in carris pretogenis episcopus post vitum: qui vt ferunt sibi professus est in domini epyphania reuelatuz qz vidisset imperatorem constantinū quemadmodum ei deus futura monstraret, et iuberet vt quod ei diceret obedire: Apud hos itaque tanta abstinentia vigebat vt ppter nimia ieiunia dentes eorum vermibus ebullirēt. Alios quosdā fro vsque ad octoginta annos panem ferunt penitus non gustasse. Helyodorum plurimas insomnes duxisse noctes ieiunioque septenos cōtinuasse dies. Multi quoque apud palestinam et syriam atque persas fuere monachorum quoruz si noīa conscribere quispiā voluerit multos libros implebit. ¶ Teodori:

¶ Capitulum.ij.

Eo siquidem tempore in constantinopolitana vrbe comprehendētes arriani quosdam religionis pie presbyteros: eosque mittentes in nauem inermem et trahentes in pelagus alijs quippe in alia naue sequentibus: immisso igne cremauerūt. Quo facto sancti viri cuz igne atque mari pugnātes nouissime sunt absorpti et triūpho martyrij coronati.

¶ Capitulum.iij. A

In antiochia vero valens plurimo tempore cōmoratus omnibus licentiam dedit gentilibus: atque iudeis necnon et hereticis. Nā et gentiles festiuitates agebāt demonibus ministrātes: et post iuliianū a iouiniano idolatrie vanitates extinctas florere rursus iste pmisit et iouis cultū atque dionysij sacraque cereris iā nō in occulto tanque sub pio imperatore celebrabant sed per mediā plateam bacchantes vbique currebant. Illis tantūmodo tūc pnceps erat inimicus: q aplicam doctrinā pdicare videbantur. Et pmū qdē a sacris basilicis fecit expelli qbus iouinianus famosissimus impator nouā dedit ecclesiam. Cūque in mōte sacra celebrarent hymnis laudātes deū: et diuinis illic eloquijs pfruētes lz aeris aduersitatē sepius sustinerēt aliqn pluuijs: aliqn niuibus aliqn gelu frequenter ignis ardore maceratis neque in hmōi locis laudibus diuinis eos frui pmisit sz missis militibus effugauit. Tūc B flauianus atque dyodorus veluti qdā ppugnacula iacul' iminētibus resistebāt. Naz cū melecius eorū pastor seorsum degere cogeret: isti curā gregibus adhibebāt: lupis qdē obijcientes propriam fortitudinem et sapientiam suam: ouibus autē curam

congruā iugiter offerētes. De mōtanis aūt locis expulsi ꝯ ripas vicini fluminis pascebant oues. Nō enim patiebanť fm israelitas captiuos in babylone organa sua suspendere: sed laudabāt creatorem ⁊ largitorem deū in omni loco dñationis eius. Sed neq; in hoc loco ꝯsiliū piorum quietū esse permisit hostis seruorū christi. Uerūtñ concordia illoꝝ mirabiliū pastoris magni discipuloꝝ ad exercitiū sanctas oues enutriēs: spūalia pascua ministrabat. Et dyodorus q̄dē sapientissim⁹ atq; fortissim⁹ velut q̄dā fluui⁹ ꝑspicuus atq; torrēs oues q̄dē ꝓprias irrigabat: luꝑ ꝟo blasphemias penit⁹ diluebat: ⁊ generis sui nobilitatē spernēs libēter sustinebat quālibet ꝓ fide calamitatem.

Flauianus vir optim⁹ ⁊ ipse gñe nobilissim⁹ honestatē solā iudicabat esse pietatē: ⁊ velut puer exercitat⁹ maximū dyodorū quasi quendā infinitoꝝ certaminū vigebat athletā. Illo nāq; tp̄e nō ꝯtionabať inter ecclesiastica collegia: sꝫ hoc agētibus multa solatia ꝯferebat cōsilioꝝ et scripturaꝝ ⁊ expositionū. Et doctores q̄dem ꝯ arrianas blasphemias tēdebant arcus. Iste ꝟo velut ex quibusdā pharetris sue mētis sagittas ꝯgruas offerebat: ⁊ nō solum domi sed etiā publice hereticis resistēs rhetia eoꝝ facili⁹ erūpebat: ⁊ labores ostendebat araneas.

Capitulum .iiij.

CUm his itaq; laborabat afrates: cui⁹ conuersationē alio loco cōscripsimus. Is eñi oīm salutē sue quieti preponēs ⁊ speluncā deserēs ꝓpriā pastorales sudores aggressus est. Quātas ꝟo ꝟtutis diuitias cōgregauit nunc referre superfluū est. Unum tantūmodo eius debet dici qđ huic historie valde ꝯgruit. A boree parte fluuius currit oriens circa palatiū: a meridie ꝟo est maxima porticus vndiq;: turres excelsas habēs. Inter palatiū ꝟo ⁊ flumen platea est qua egredientes ex vrbe mittit ad suburbanos agros. Per hāc plateā dū transisset afrates ad hostilia certamia ꝓperabat vt sacris ouibus curas necessarias exhiberet. Hunc de palatio respiciēs imperator vilissimo pallio vidit indutū: ⁊ in longeua senectute celeriter ꝓperantem. Cūq; dixisset quidā q̄ iste esset afrates i quo ciuitas vniuersa penderet. Dicit ei imperator. Dic mihi vbi vadis? At ille sapienter rñdit ⁊ ꝯgrue. Pro tuo inquit oraturus imperio. Tunc imꝑator. Oportebat te domi inq̄t orare fm monachicū morem. At ille scītissimus. Optime inq̄t dicis. Si sic quoq; ꝑmitteres hoc me facere oportebat. Et hoc hactenus egi donec x̄pi oues pace pristina fruerenť. Q̄r vero cū multu maximo cōmouenť ⁊ periculi onus impedit ne captiue teneātur: necesse est vbiq; discurrere: easq; a necessitate saluare. Sed dic mihi trāquillissime imꝑator. Si puella essē in cubiculo residens ⁊ ad lanā vacās viderē q̄ paternā domū ignib⁹ cōcremari quid me facere ꝯgruebat? sedere intus ⁊ ardētē cōtemnere domū: an certe discurrere vbiq; aquā ferre: flāmas extinguere? credo q̄ dicis hoc poti⁹ fuisse faciēdū. Id eñi puelle sapiētis est op⁹. Hoc ergo fīmūc igitur imꝑator. Te nāq; in paternā domū nostrā mittēte flāmas discurrim⁹ vt eas velociter extinguam⁹. Hec illo dicēte interminat⁹ est q̄dē sꝫ tacuit imꝑator. Un⁹ ei cubiculari⁹ imꝑatori aspere rñdens viro scītissimo hmōi clādē noscit ꝑtulisse. Is eñi habebat balnei curā vbi post hec ꝟba descēdens vt imperatori pararet ingressus ⁊ mente percussus in aquā feruentem descendit ibiq; defunctus est. Sedebat imperator: expectās: vt eo renūtiāte lauaret. Eoq; tardante misit alios viros cur moraretur. At illi ingressi viderunt eum in solio feruente defunctum atq; solutū. Quod cū nuntiatum fuisset imperatori cognouerant virtutem orationis afrate: non tamen ab impijs dogmatibus recesserunt sed secundum pharaonem induratū est cor eorum.

Capitulum .v.

HAc itaq; tempestate iulianus famosissimus solitudine derelicta venit anthiochiam. Nam cum heretici soliti facile sarcire mendacia: hunc virum sue dicerent esse prauitatis: miserūt

ad eū

ad eũ lumẽ veritatis flauian⁹ atqꝫ dio=
dor⁹ pariter ⁊ afratres acatiũ virtute flo
rente qui postea berse fuit eps: rogātes
vt multis hominũ milibus sibi venirent: ⁊
aduersariorũ fallaciā redargueret veri
tatisqꝫ dogmata cõfirmaret. Is ergo vir
sanctissim⁹ ⁊ veniẽs ⁊ reuertẽs: ⁊ in ipsa
maxla ciuitate quāta miracula fecerit
in historia deo amabili a nobis conscri
pta retulimus. Qr vero tot⁹ pr̃s ciuita
tis ad collegia nostra cõuenit nullũ secu
lum dubitare cõfido. Res enim inopina
biles ad se ꝓbantur vniuersos attrahe
re. Sed qr maxima miracula ille vir ope
ratus est etiā veritatis hostes nequeunt
denegare. Hoc em̃ ⁊ in alexādria tempo
B ribus ꝯstātij fecit magn⁹ antonius.
Deserens em̃ solitudinẽ: totas circuibat
vrbes satisfaciẽs vniuersis: qm̃ athana=
sius doctrine apostolice p̄dicator exta=
ret: ⁊ hostes essent veritatis participes
arrij. Sic igit̃ sciebāt illi sacratissimi vi
ri q̇d tpi vnicuiqꝫ cõgrueret: ⁊ quādo op⁹
erat frui quiete quādo necessariũ soli tu
di ni p̄ponere ciuitates. ¶ Cap. vj. B

Uit igitur illo tem
pore in cyrrestis famosissi=
mus accepsemas in cella re=
clusus ⁊. lx. annis neqꝫ visus
neqꝫ locutus. Teumatius
qꝫ mirabilis: q̇ lꝫ oculorũ acie priuare
tur oia circuibat: ꝯfortās oues lupisqꝫ re
sistens. Propter quā causaꝫ monachicaꝫ
eius cellulā cõcremauerũt: sed traianus
magister militũ fidelissim⁹ aliā ei fabri=
catus multo cũ sonit auxilio. Hoc itaqꝫ
tẽpore B fuit effrẽ in edissa: in alexan=
dria vero didim⁹. Et effrẽ syra vsus lin=
gua spiritalis gratie radios emittebat.
Qui licꝫ nesciret doctrinā grecā: multos
grecorum eruditosqꝫ redarguit: ⁊ totius
heretice prauitatis infirmitatẽ nudauit.
Et quoniā tũc armoni⁹ bardisanus que
dā cantica cõponẽs: ⁊ impietatem melo
dice suauitati permiscens alliciebat au
dientes: et capiebat in peste. Iste sumẽs
inde concentus pietatem cantilene p̄mi
scuit: ⁊ audientibus suaue nimis ⁊ vtile
medicamẽ apposuit. Que cãtica trium=
phatoꝝ martyrum festiuitates hacten⁹
efficiunt clariores.

¶ Socrates. ¶ Capitulum. vij.

Um igitur impera
tor valens lege precepisset
prosequẽdos esse in alexan=
dria ⁊ egypto cunctos ortho
doxos/oia vastabātur. Alij nanqꝫ ad iu
dicia trahebātur: alij mittebātur in vin
cula: alij verberib⁹ agebātur. Plurimaqꝫ
supplicia aduersus quietis amatores in
gerebātur. Et dũ hec in alexādria fierẽt
secũdũ lucij volũtatẽ fuissetqꝫ in anthio=
chiā reuersus cuzoius mox ad monaste=
ria per egyptũ cõstituta ꝓcesserũt. Duo
macharij in exiliũ missi multis miracu=
lis claruerunt: magister militũ cũ multi
tudine armatorũ: ⁊ lucius arrian⁹. Cũqꝫ
plurima viris sanctis mala facerẽt nec
eos vllo modo superarẽt ꝑsuasione lucij
patres monachoꝝ mittunt̃ in exiliũ. In
ter quos machari⁹ egypti⁹: ⁊ alter alexā
drin⁹. Cũqꝫ venissent in insulā quādā ar
repta cuiusdā filiā sacerdotis a demone
clamātẽqꝫ illis viris cur venistis ⁊ hinc
nos expellere: suis orationib⁹ liberatā
patri restituũt: ⁊ ad christianitatẽ sacer
dotem simul ⁊ reliquos habitātes in in
sula ꝑduxerũt. Qui mox simulachra ꝓij
cientes: formam tẽpli in ecclesiam muta
uerunt. Batizabātur em̃ ⁊ officia chri=
stianitatis gratissime docebātur. Sic igi
tur ꝓpter cõsubstātialitatis fidẽ viri mi
rabiles ꝓbabiliores affecti sunt. Aliosqꝫ
sanantes firmiorem operibus ostende=
runt fidẽ. ¶ Capitulum. viij.

O siquidem tem=
pore virũ aliũ fidelẽ ꝑduxit
de⁹ vt ꝑ eũ fidei testimoniũ
ꝑberet didimũ mirabilẽ vi
rũ q̇ oi tũc doctrina florebat. Iacũ paru⁹
adhuc p̄ma literaꝝ elemẽta doceret pas
siõe oculoꝝ ꝑdidit visuꝫ. Cui de⁹ ꝓ visi=
bilib⁹ oculis itelligibiles condonauit.
Nā q̇d ꝑ oculos doceri nõ potuit auditu
vigilāti cognouit q̇ cũ a puero fuisset in
geniosius vincebat ẽt acute cõspiciẽtes.
Facile nāqꝫ regulas grāmatice atqꝫ rhe
torice artis didicit. Cumqꝫ venisset ad
philosophiam/ mirabiliter dyalecticā/

arithmeticã/ muſicam/ aliaſq̃ philoſo-
phie diſciplinas didicit/animoq̃ recõdi
dit ita vt celeriter obiuauerit ei qui ocu
lis inſpectoribus talia didiciſſent. Sed
etiam vetus nouũq̃ teſtamentũ ſic perfe
cte cognouit vt multos ederet libros. Qui
et de trinitate tres libros fecit et origenis
opus de principiis id eſt peryarchon in-
terpretatus/ in eis explanationes reliquit
eximias. Fertur enim cũ antonius va-
lentis tpe propter arria- B nos veniſ-
ſet in alexandriam vidiſſe Didimũ eiq̃
dixiſſe. Non te cõturbet o didime amiſ
ſio ſenſibiliũ oculorum: tales etenim ocu
li tibi deſunt quibus et muſce et publices
noſcere poſſunt. Sed gaude potius quo
niam habes oculos quibus etiam ange
li cõtuuntur per quos videtur deus eius
lumẽ inſpicitur. ¶ Theodoricus. ¶ Di
dimus ab infantia priuatus oculis/ grã-
maticam/ rhetoricam / arithmeticam et
aſtronomiam/ et ſillogiſmos ariſtotelis et
eloquentiam platonis auditu didiſcit/ nõ
quaſi hec veritatem erudirent: ſed tanq̃
aduerſus mendaciũ arma viritatis ex-
ſterent. ¶ Socrates. ¶ Et quoniam aliq̃
ex nominis ſimilitudine no C ſcuntur
errare neceſſariũ eſt oſtendere qm̃ alter
eſt gregorius ponticus ortus ex ceſarea
ponti nimis antiquus et diſcipulus orige
nis. De iſto namq̃ gregorio multus eſt
ſermo in athenis: et beritho: necnõ et põ-
to: et vt ita dicatur in vniuerſo orbe terra
rum. Is enim cũ diſceſſiſſet ab athenis
venit in beritho ibiq̃ iura legabat. Cũ
q̃ cognouiſſet ceſarea libros ſacros ori-
genẽ exponere venit illic explanatiões
magniloqui illius auditurus. A quo ve
ram philoſophiam eruditus: euocantibus
parentibus remeauit ad patriã. Ubi pri
mo quidẽ dum eſſet adhuc laicus pluri-
ma ſigna fecit: lãguores curando demo-
nes per epiſtolas expellendo/ paganoſq̃
ſermonibus et operibus ſibimet ſubiugã
do. Huius meminit et pãphilus martyr
et euſebius in libris quos de origene con
ſcripſit. fuit ergo Gregorius antiquus iſte
diſcipulus origenis et alter nazanzenus
fraterq̃ baſilij. Fuitq̃ alius gregorius ale-
xandrinus arrianus.

¶ Capitulum. ix.

A tempeſtate no-
natiani, habitãtes i phrygia
feſtiuitatẽ paſche mutaue-
rũt. Quõ autẽ geſtũ ſit dicã.
Primo tñ referens cuius rei gratia cir-
ca phrygiam paflagoniorumq̃ gentes ſe
uerius eccleſiaſtica regula conſeruetur
nouatus preſbyter ſe ab eccleſie romane
cõmunione ſuſpendit: qm̃ cornelius epi-
ſcopus fideles qui ſacrificauerant tẽpo-
re facte perſecutiõis a decio in cõmunio
ne receperat. Pro hac itaq̃ cauſa ſegre-
gatus et ad epiſcopatũ a cõſortibus ſuis
epiſcopis euocatus ſcribebat eccleſijs ne
eos qui demonibus immolauerãt ad ſa
cramẽta ſuſciperent ſed inuitarent: qui
dem ad penitentiam remiſſionem vero
dei reliquerẽt poteſtati: cuius ſolius eſt
peccata dimittere. Tales epiſtolas ſuſci
pientes: in vna quaq̃ prouincia ſecundũ
proprios ſẽſus reſponſa reddebant. Cũ
ergo iſte mãdaret vt nõ oporteret ſacris
intereſſe myſterijs: eos qui poſt baptiſma
peccatum cõmiſiſſent, quod ducit ad mor
tem quibuſdam quidem videbatur amara
nimis et dura huiuſmodi regula. Alij vero ve-
luti iuſtã rectãq̃ ſuſcipiebãt. Inter hec
mota queſtio eſt venerũt litere Cornelij
romani preſulis: que remiſſionem pecca
tibus etiam poſt baptiſma promittebãt.
Sic ergo ambobus diuerſa ſcribentibus
ex diuinis eloquijs ſua ſenſa firmantibus:
ſinguli prouinciales diuerſas ſunt ſecu
ti ſententias. Sanantes namq̃ ſanare
promiſſa remiſſione etiã reliquo tempo-
re deliquerunt. Unde videtur quia gen-
tes phrygum caſtiores q̃ alie magis eſſe
noſcuntur. Nouatus itaq̃ licet propter
conuerſationem ſubtiliſſimam ſegrega-
uerit ſemetipſum: tamen non mutauit
paſche feſtiuitatem. Nam ſecundum pa
tres heſplos etiã iſte celebrabat. Agitur
enim apud illos paſcha poſt equinoctiũ
olim: et ex quo chriſtiani eſſe ceperũt. Sed
iſte quidẽ poſtea ſub pſecutione valeria
ni principis martyrio terminauit vitam.
Hi vero q̃ ex eo nomẽ habuerũt eiuſq̃
fuere participes facto concilio paucorũ
epiſcoporum in vico pazeno vbi ſunt fon
tes ſagarij fluminis regulam ptulerunt

vt iudeos obseruent azima facientes: et cum eis agāt pasche celebritatē. Postea tñ etiā nouatianorū ecclia propter illud ꝯciliū noscit̄ esse diuisa. ¶Cap.x. A

In tempore dñ valētinianꝰ imperator nullam heresim perturbaret post liberiū rome damasus ordinatur epūs/ simul et vrsinus ex dyacono eiꝰ ecclesie in basilica sicininiensi latēter. Ob quā rē multis seditione vel prefectu maximini animaduersione punitis remoto vrsino damasus remansit episcopus. ¶Theodoricus. ¶Tunc itaqꝫ apud hesperiā damasus romanus et ambrosiꝰ mediolanus spiritalibus iaculis feriebāt hostes. Cū quibꝰ etiā illi ꝗ ad longa fuerāt exilia destinati: literis cōfortabāt suos et aduersarios destruebāt. Quos diuina pṙuidētia gubernatores in fluctuatione ꝑparauit et militū sapientissimos duces in prelijs. ¶Socrates.

¶Capitulum.xi. A

Inter hec igit̄ valētinianus imperator hesperie ꝯtra legatos sauromatarū vehemēti furore cōmotꝰ: eruptiōe venarū fluxu sanguinis expirauit post ꝯsulatū gratiani tertiū et eqtij septimadecima die mēsis nouēbris: anno vite quinquagesimo q̄rto imperij vndecimo. Quo moriēte: ita= B lie milites sexta die post eiꝰ mortē valētinianū puerū eiꝰ filiū ad imperij culmina ꝓuexerūt. Cuiꝰ imperiū frater.s.gratianꝰ et valēs et patruꝰ lꝫ ingrate qꝺ eis ignorātibus factū sit: tamen postea susceperūt. Hoc itaqꝫ mō valētinianus minor in paterno successit imperio. Is eñ natus est de iustina quā viuēte seuera priore coniuge valētinianus hoc mō duxisse ꝓbat̄ vxorē. Iustus iu= C stine pater cum esset piceni iudex cōstātij tēporibꝰ vidit in somnis qm̄ ex dextero femore impialē purpurā genuisset. Cūqꝫ visio p multos recitaret̄ cōstātij aures vsqꝫ peruenit. At ille cōsiderās somniū tanꝙ imperator ex eo nasceretur: mittēs occidit iustū. Cuiꝰ filia iustina cū orphana remāsisset a patre virgo permāsit. Posteriore vero tpe puenit ad seuere notitiā ad quā frequentius veniebat et amabatur: ita vt etiā cū ea balneis vteretur. Cūqꝫ seuera secū lauātē iustinā diutius inspexisset: pulchritudine virginis obligata est et dixit imperatori: qꝛ sic eēt speciosa virgo iustina vt etiā ipa licet esset mulier: eiꝰ tñ amore sit capta. Uerū imperator eius sermone cōcepto iustinā ducere tractabat vxorē nō tñ seuerā abijcere ex qua gratianꝰ fuerat natus: quem pauloante firmarat imperatorē. Legē itaqꝫ ꝓtulit publice p ciuitates ꝓpositā sanciētē vt liceret volētibꝰ hr̄e duas vxores. Cūqꝫ lex posita haberet̄: iustine ipe cōiunctꝰ est ex qua natus est valētinianꝰ iunior et filie tres iusta/ grata/ et galla/ quarū due qdē in virginitate māserūt: gallā vero postea maior theodosiꝰ imperator duxit vxorē. Ex q̄ placida noscit̄ ei eē ꝓgenita. Nā archadiū et honoriū ex placcilla priori coniuge habuisse cognoscit̄. ¶Sozomenus.

¶Capitulum.xij.

Preterea valēs in antiochia syriꝫ degēs: cōsubstātialitatis cultores vehemēter iseq̄bat̄: nisi eū liber themistij philosophi reuocasset/ in q̄ perorauerat: qꝛ eū eē nō oporteret infestū ꝓpter discordiā ecclesiasticoꝝ dogmatū: qñ et apud paganos vltra trecētaꝝ sectaꝝ differētia videret̄: et vnusqꝫsqꝫ p dogmate ꝓprio in suis diuersa ꝯsisteret: et si forte hoc deo gratū potiꝰ eēt dū nō facile cognoscit̄ et diuerso mō glorificat̄: quatenꝰ vnusquisqꝫ amplius timeat dū integritatē eius sciētie vel qūo aut q̄lis quātusqꝫ sit magis ignorat. His ergo themistij cōcinationibꝰ aliquantulū mitior factꝰ est imperator.

¶Socrates. ¶Capitulū.xiij. A

Non tñ oino se ab idignatiōe suspēdit: sꝫ p morte imponenda sacratissimis viris decernebat exilia donec eius impetum causa huiusmodi rei publice remouisset. Barbari trās histrū cōstituti q̄ vocātur gothi ciuile bellum

inter se duabꝰ partibꝰ cõmouerũt. Uniꝰ
ꝑerat fridigernus: alteriꝰ athalaricus.
Cũq3 preualuisset athalaricus fridiger
nus ↄfugit ad rõanos: corũq3 postulauit
auxiliũ. Quo cognito valẽs precepit tra
chie militibꝰ vt barbaris auxilia cõmo
darẽt. Hoc solatio victꝰ athalaricus est
ẽt fuga ṽsus. Ob hãc ꝗ cãm fridigernus
volẽs aliqͦd beneficiũ repẽsare valẽtinũ
suis oibꝰ dogmata eiꝰ religionis amplc
xus est. Unde hactenꝰ gothi arriani esse
noscũt. Tũc etiã vulphilas gothorũ eps
literas gothicas adinuenit: ⁊ scripturas
diuinas in eã ↄuertit linguã. Cũ igitur
nõ solũ fridigerni gothos: sed etiã atha=
larici vulphilas edoceret / tunc athalari
cus videns religionẽ patriã violari: mul=
tos arrianorũ suppliciĳs tradidit: q̃s ar=
riani martyres nunc appellãt. Nõ vero
postmultũ denuo inter se barbaris cõpa
catis: a vicinis gẽtibus hunorũ depreda
bant. Expulsi de ꝓpriĳs ad rõanoꝝ loca
cõfugiũt seruire potius volẽtes impera
tori. Hoc dũ cognouisset valẽs nihil futu
ri prouidẽs terras eis tribuit trachiaꝝ:
arbitratus preparatũ se ↄtra oẽs barba
ros habere solatiũ: ac propterea milites
de cetero negligebat: ⁊ eos q̃ dudũ cõtra
hostes elaborauerãt despiciẽs etiã colla
tores ꝓuincie ꝑ vicos ⁊ ciuitates ꝓuno=
quoq3 milite octogita solidos exigebat:
q̃ dudũ coꝝ tributa releuarat. Hoc ergo
fuit initiũ vt illo tpe romanoꝝ respubli
ca calamitatibꝰ subderet. Barbari nãq3
cũ trachiã tenuissent: licẽter romanorũ
prouinciã deuastabant. Hec audiens va
lẽs cũ ab orthodoxorũ exiliĳs nõ quiesce=
cet: tunc tñ hac se necessitate suspendit.
Turbatus enĩ ab anthiochia ad cõstan=
tinopolim venit. Unde etiam aliquantũ
christianorum persecutio tunc cessauit.

Theodoricus. B

Interea valẽs imperator dũ gothorũ
gentẽ cõmouisset ad preliũ / apud borfo=
rũ tũc fatuꝰ vires sue infirmitatis agno
scẽs: misit ad fratrẽ solatia petẽs. At ille
rescripsit: q2 religiosũ3 nõ esset talẽ virũ
iuuare q̃ deo rebellis existeret: s3 magis
esse iustũ vt eius superbia sedaretur. Qd̃
dũ ille miserrimus agnouisset: licet ma=
iori necessitate cõstrictus nõ tamẽ a sua
nimietate cessauit: sed fuit veritati rebel
lis. Terẽtius igitur inter hec victor re=
uersus est ab armenia vir optimꝰ ⁊ pie
tate decẽter ornatus. Tũc ei iussit valẽs
poscere dona q̃ vellet. At ille quod dece
bat piũ virũ cogitare respõdit. Petĳt ei
nõ aurũ: nõ argentũ: nõ prediũ: non cin=
gulum / neq3 donũ: sed vt eis q̃ pro apo=
stolica doctrina ꝑicula sustinuerãt vna
preberetur ecclesia. At ille petitionẽ ex
scripto susceptam cognoscens / q̃ illic te
nebantur ascripta dirupit: cũq3 alia po=
stulare ꝑcepit. Uerũ ille colligẽs verba
precũ suscipe inquit o imperator: ⁊ habe
to donũ. Aliud vero nõ postulo intẽtio=
nis mee iudex est. vniuersorũ iudex. Cũ
ergo valẽs transacta bossoro venisset in
thraciã: primũ q̃dẽ in cõstãtinapolim cõ
moratus est preparãs bellũ deinde inde
traianũ cũ expeditu cõtra barbaros de=
stinauit. Cũq3 remeasset ille deuictꝰ: de
rogabat valẽs ⁊ molliciẽ ⁊ causam timo=
ris ascribẽs. At ille vsus fiducia viro for
tissimo ↄgruẽti. Nõ inq̃t imperator ego
sum victus sed tu victoriã perdidisti dũ
deo resistis: ⁊ illius solatia barbaris fa=
cis potius opportuna. Dũ enĩ a te expu
gnatur ꝓ illis pugnat. Et necesse est dei
sequi victoriã. An nescis quos ab eccle=
siis expulisti vel quibꝰ eas cõtradidisti?
Hec eadẽ arãtheus ⁊ victor magistri mi
litũ sunt ꝓfessi: ⁊ imperatorẽ ne tẽc indi
gnaret ammonuerũt. Aiunt D etenĩ
ysaac monachũ habentẽ cellulã illic cũ
videret eũ ingredientem ad pugnã cũ cla
more dixisse. Quo vadis imperator q̃ pu
gnas aduersus deũ quẽ nõ habes adiu=
torẽ. Ipse enĩ contra te barbaros mouit
qm̃ ⁊ tu aduersus eũ blasphemias linguas
plurimas incitasti. Et q̃ ei psallũt sacra:
domibꝰ expulisti. Quiesce ergo rebella
re / ⁊ ille facit bella cessare. Redde gregi
bus pastores eximios: ⁊ victoriã sine bel
lo percipies. Si vero nihil horũ sic agẽs
pugnare cõtẽdis experimẽto cognosces
q̃3 durũ est cõtra stimulũ calcitrare. Nã
neq3 reuerteris: ⁊ exercitum vehemẽter
amittes: Betranion autẽ omni virtute
clarus vniuerse scithie presul habens ze
lo fidei cor accẽsũ3 ꝓ corruptiõe dogma
tum ⁊ iniquitatibus quas cõtra sanctos

agebat valētē sepe redarguit clamās cū sacratissimo dauid. Loq̄bar de testimonijs tuis in cōspectu regū ⁊ nō cōfundebar. Qua E tamē grā barbari arma nō sint vitiati lāguore narrabo. Tēpore quo trāscūtes histrū pacē cū valēte fecerūt tūc p̄sens eudoxius suggessit impera tori vt ei gothi cōmunicarent. Dudū eī̄ diuine sciētie radijs imbuti apostolicis dogmatibꝰ pascebātur. Cōmunio inq̄t vniꝰ dogmatꝭ firmiorē faciat pacē. Hoc valēs laudās ducibus gothoꝝ exegit vt dogmatuz quoqꝫ cōcordiā retinerēt. Illi vero dicebāt paternā se mutare nō posse doctrinā ⁊ illo tp̄e vulphilias esset eorū ep̄s quē valde sequebantur cuiusqꝫ verba quasi leges immobiles estimabāt/hunc verbis pecunijsqꝫ flectēs eudoxiꝰ egit vt barbari cōmunionē amplecteretur imperatoris: sic decipiēs eos ac dicēs certamē esse verborū nō differētiā dogmatū. Quāobrē hactenus gothi maiorē quidē patrem filio dicunt creaturā vero filiuz nequaq̄ dicere patiuntur licet hoc asserentibus communicare videantur.

Socrates. Capitulum.xiiij.

De itaqꝫ tempore imperatore ab anthiochia discedēteꝯ fortati sunt q̄ ab eo p̄secutionē patiebant ⁊ maxime alexādrini. Petro quippe reuerēte de roma cū lr̄is damasi romane vrbis antistitis: cōfirmātis consubstātialitatis fidē ⁊ petri ep̄i roborantis ordinationē. Quo fctō populus sumpta fiducia lluciū expulit ⁊ reduxit petrū. Sz luciꝰ cōstātinopolim nauigauit. Petrus cū paucum vixisset tempus reliquit fratrē suum thimotheum successorem.

Capitulum.xv.

Porro valens cum xxx. die maij mēsis sexto cōsulatu suo: ⁊ valētiniani iunioris scdo ꝯstātinopolim venisset inuenit ppl'z i mestitia ꝯstitutū. Barbari nāqꝫ p trachias discurrētes: etiā cōstātinopoleos suburbana vastabāt: nō existēte q̄ eis resistere fortiter preualeret. Qui dū vsqꝫ ad muros venissent vrbis: afflicta ciuitas murmurabat: quasi eos impator illic euocasset dū nec resisteret ⁊ magis bella ꝑtraheret. Circēses ludi igit̄ agebant/⁊ illic imperatori clamabāt da arma ⁊ nos pugnabimꝰ. Hinc accēsus impator.xi. die Junij mēsis egreditur/interminatus penas se ꝑ iniurijs cū rediret cōstātinopolitanis ciuibus exacturū. Et q̄m p̄nuntius videbātur procopio prebuisse solatiū: ita vt ciuitatem aratro vertere minaretur. Duxit igit̄ ciues vsqꝫ ad vrbē hadrianopolim que est in confinio macedonie.

Theodoricus.

Et exercitu quidē premisso, ibe in quodam vico victoriā sustinebat. Porro milites barbarorum impetum nō ferentes alij fugiebāt alij necabātur. Barbari autem venientes ad vicum vbi valēs agnita ꝑditione se celare nitebatur: inmisso igne cōcremauerunt cum vico etiaz pietatis inimicū. Socrates. Qui terminum vite sortitus est nona die mēsis augusti: eodē consulatu.i.quarto anno ducentesime octogesime none olimpiadis. Aiunt aliqui cum igne cōsumptum: cuz in vico fugisset/quem barbari cōcremauerunt. Alij vero ferūt: qꝛ mutato imperiali habitu ad pedestriū venit exercitū. Et cū equestres se tradidissent pugnare nolentes: in cōgressione vniuersos pedestres repente confossos. Ubi dicunt ip̄m quoqꝫ ignoto vulnere fuisse prostratum. Defunctꝰ est anno ⁊ vite quinquagesimo. Qui cū fratre regnauit annos.xiij. post fratrē vero tres: taliqꝫ sorte defunctꝰ est.

Explicit liber octauus.

Sequuntur tituli libri noni.

i Quia mortuo valente constantinopolim barbari vastabant.

ij De benignitate gratiani ⁊ fidei rectitudine.

iij De contentione apud anthiochiam inter paulinum et meletium facta et apollinare laodiceno eiusqꝫ secta.

iiij De theodosij ducatu vel quomodo a gratiano imperatore fuerit ordinatus ⁊ ad orientale missus imperium orthodoxis profuit ⁊ retrusit hereticos.

v Quomodo macedoniani denuo ab orthodoxis diuisi sint.

vi Quomodo imperator thessalonica baptizatus sit.

vii Professio theodosii de fide.

viii De gregorio nazanzeno cōstantinopolim transmutato.

ix De basilica sancte anastasie.

x Quomodo theodosius ab ecclesia constātinopolitana arrianos repulerit.

xi De eunomii calliditate.

xii De constātinopolitano concilio contra macedonianos.

xiii De ordinatione maximi cynici eiusque depositione et ordinatione recta nectarei et de canonib⁹ in ea synodo constitutis.

xiiii Epistola constātinopolitani cōcilii ad papam damasum et occidentales episcopos.

xv Epistola damasi de dānatione apollinaris ad thimotheum.

xvi Statuta sedis apostolice cōtra diuersas hereses.

xvii Quia corpus pauli constantinopolitani pontificis de ancyra fecit reuocare theodosius.

xviii De auspiciis imperatoris archadii.

xix Quomodo theodosi⁹ examinatione facta hereticorū, oēs expulerit et fouerit solos orthodoxos.

xx De schismate facto inter orientales et egyptios propter flauianū anthiochenum.

xxi Quomodo iustina ambrosium fuerit persecuta et de gratiani nece et inuasione maximi.

xxii De morte thimothei alexādrini et ordinatione theophili.

xxiii De prelio theodosii contra maximium atque victoria.

xxiiii Quemadmoduz latrocinia que rome per pistrina fiebant theodosius remouerit: imperator et de lege contra adulteras prolata mulieres.

xxv Quēadmodū amphiloci⁹ theodosio persuaserit vt arrianorum conciliabula prohiberet.

xxvi De morte paulini anthiocheni episcopi et ordinatione euagrii: et quomodo flauianus sit damaso reconciliatus.

xxvii Quomodo apud alexandriā paganorum templa destructa sint.

xxviii De fraudibus quas per tēpla sua pagani faciebant.

xxix De characterib⁹ sub crucis figura factis qui in tēplo serapidis sunt inuenti.

xxx De cede q̄ sub theodosio thessalonice facta est: et de penitentia eiusdē theodosii ambrosiique constantia.

xxxi De virtutibus vxoris theodosii.

xxxii De indignatione et recōciliatione theodosii propter anthiochenos statuam eius coniugis deponentes.

xxxiii Quomodo theodosi⁹ fuerit paganis infensus.

xxxiiii Quomodo marcellus episcop⁹ appanie templa destruxit.

xxxv Ob quam causam presbyteri sub per penitētes positi sūt remoti.

xxxvi De diuisione hereticorum inter semetipsos.

xxxvii De sabacio heresiarcha.

xxxviii De pascha vel diuersitate institutionum seu obseruationū que per diuersas ecclesias celebrātur.

xxxix De pascha montanistarum.

xl De arrianorum diuisione.

xli De diuisione macedonianoruz.

xlii De recessu nili fluminis et rursus accessu.

xliii Quemadmodum caput Joānis baptiste constantinopolim fuerit deportatum.

xliiii Quemadmodum flauianus anthiochenum solus percepit episcopatum.

xlv De eugenio tyranno et quemadmodum fuerit superatus.

xlvi De miraculis donati pontificis beroee.

xlvii De theothinio comitano pontifice.

xlviii De epyphanio ciprio.

xlix Quomodo abacuc et michee, p=

phetarum corpora ostensa sunt.
De fine theodosij principis.

Incipit liber nonus.

Capitulum primum.

Sic defuncto valē lente denuo barbari ad muros constantinopoleos venientes: eius suburbana vastabant: quapropter ciues q̄ inuenissent arma portātes: hostibus vt poterāt resistebant. Uxor enim valentis imperatoris nomine dominica: premia ex erario publico bene pugnantibus secūdum cōsuetudinē militū ministrabat. Quib⁹ etiā sarraceni pbuere solatia: q̄ eorū regina noīe mania romanoꝝ federata dixerat. Theodoricus. Cap.ij.

Porro gratianus valentiniani filius: cū dudū patre defuncto europe sceptra tenuisset: defūcto valēte sine sobole: asie quoq; libieq; regna suscepit. Moreq; pietatē quā mente pceperat operibus demonstrabat initiaq; sui regni rerū oim dño dedicauit. Scripsit itaq; legē pcipiēs vt expulsi pastores ad sua ouilia remearēt: sacreq; basilice eis redderent q̄ cōmunionē damasi seq̄bant. Is enī damasus romane vrbis eps laude dign⁹: vir mirabilis spe ornatus: dicere facereq; p apostolicis dogmatib⁹ cuncta festin⁹: post liberiū gubernacula suscepit ecclie. Direxit igit imperator cū hmōi lege etiā saborē quēdā tunc noīatissimū militie pncipē: et arriane q̄dē blasphemie pdicatores veluti q̄sdam bestias diuinis scptis iussit expelli optimis vero pastorib⁹ et sacris ouilib⁹ vniuersa restituit. Hoc ergo i vniuersis prouinciis decreuit obseruari. Socrates.

Gratianus itaq; cū iuniore valētiniano regno potit⁹: ab exilio reuocatis oib⁹ lege fēcit vt vnaqueq; religio decēter sacra celebraret solos vo ab ecclesijs phibuit eunomianos: fotinianos: et manicheos. Theodoricus. Cap.iij. A

Tunc igit in anthiochia q̄ preside orienti contētio huiusmodi cā pcenit. Pro apostolicis dogmatibus laborantes sicut iā dictum est erant diuisi: et alij post calumnias irrogatas eustachio: arrianā abominati vesaniā: apd semetipsos sacra celebrātes paulinū habebāt antistitē. Alij vero post ordinationem euzoij cū melecio cōuenientē ei doctrina fruebant. Ad hec aūt appolinaris laodicen⁹ alterius partis sibimet presulatū assumpsit. Qui dū pietatis induceret vultū et aprica se fingeret dogmata cōseruare post paululū manifestus hostis apparuit. De diuina nanq; natura adulterinis ratiōib⁹ vtebat gradus quosdam generans dignitatum: et sacramētū dispēsationis inperfectū explanare presumēs: aiamq; rōnabilē que corpus regit: priuatā salute cōfirmās: si enī aiam non assumpsit fm illius rōnem deus verbū neq; medicinā pbuit neq; honorē dedit: sed corpus dñe terrenū ab inuisibilib⁹ virtutibus adoratur. Anima vero fm diuinā imaginē facta i inferiora puāsit cōtumeliis induta peccati q̄ plurima sup hec vesanus asseruit. Alij etenī pariter cōfitebant et ipē ex sctā virgine assumptā carnē. Aliqi vero eā cū deo celitus descēdisse. Aliqi eū ipsū factum carnem sumpsisse nihil ex nobis aliasq; plurimas et ianes fabulas sacris pmissionib⁹ copulabat/quas in psenti dicere superfluū iudicaui. Talia siquidē ille dicēs: non solum suos peste complexuit: sed etiā quosdā nostrorū fecit hmōi lepra participari. Post pauca vero tempus cum suum viderent opprobrium et ecclesie claritatē pene cūcti reuersi sunt: et communionē ecclesiasticam percipere meruerunt non tamen priorem deposuere languorē sed magis plurimos constantiū latēter sauciauerūt. Ex hac ergo radice in ecclesijs germinauit radix vna carnis deitatisq; natura: et vt diuinitati vnigeniti passio copuletur: et alia quecūq; populis et sacerdotibus certamina genuerunt: sed hec quidem postea facta sunt Tunc igitur veniente sabore magistro militie et ostendente principis legē paulinus quidem fatebat se damasi esse participē. Promittebat etiā apollinaris hoc ipo lāguore celato. Sacratissim⁹ vero melecius sub quiete degens: illorum

certamina deuitabat. Porro flauian⁹ sapientissimus tūc in ordine presbyteri cōstitutus: primo quidē veniēte magistro militum ita ad paulinū locutus est. Si cōionem damasi o amice sectaris: ostende nobis dogmatū tuorum aperte cōsortium. Ille namq; dum vnam trinitatis substantiam confiteretur tres subsistentias predicabat in aperto. Uerumtamē e diuerso subsistētias perimis trinitatis ostende itaq; dogmatum concordiam et suscipe secundum leges ecclesias. Cum ergo illum his sermonibus obiurgasset conuersus apollinari dixit. Ammiror te amice sic impudenter veritati resistere: cum aperte noueris quoniam laudabilis damasus perfecte naturam nostram a deo verbo dicit assumptam: tu vero cōtraria fatearis. Mentē nāq; nr̄am salute frandas. Si aūt loquimur te forsitan accusantes: vel nūc nouitatē a te natam denega: et damasi amplexus doctrinam lecta suscipe veneranda veritatis. His itaq; rationib⁹ sapiētissimus flauianus illorū fiduciā redarguit. Porro melecius omniū mansuetissimus: omniū tranquillissimus atq; modestius pau B lino dixit. Quoniam et mihi harum oviū curam cōmisit dn̄s: et tibi similiter aliarū suscipe hanc solicitudinem: et communica alterutris sub dogmate pietatis. Iūgamus amice greges et soluamus de presulatu contentionem cōmuniter pascentes oues curam earū cōmuniter offeramus. Si autem de sede certamē est: ego etiam hāc cōtētionē conabor expellere. In sede sacrum ponatur euangelium: et vtraq; nos parte sedeamus. Et siquidē prius ego terminū vite suscepero solus eris: antistes si vero hoc tibi prius euenerit ego rursus gregis habebo curam. Cum hec ergo melecius cum omni mansuetudine ptulisset: paulinus acquiescere non consensit. Tunc magister militie iudex vtrorūq; verborum ecclesias melecio tradidit Paulinus autē aliarū oviū permansit antistes. Uerum apolinaris presulatu nudatus ecclesie nouitatē doctrine sua aperte impudētia predicabat et ducem semetipsum ostēdit hereseos, et ipse quidē in laodicia crebro morabatur. In anthiochia vero iā prius vitalē ordinauerat vita quidē optima decoratum et apostolicis dogmatib⁹ enutritū postea tamē hoc lāguore putrefactū. Porro sacratissimus melecius diodorū illū cuius iā meminimus: qui sub tēpestate nimis asperrima ecclesie nauem sine submersione seruauerat: pastorē constituit cilicie gentis eiq; curā cōmisit. Apamie vero pontificalem curam ioāni dedit. Qui licet genere ac nobilitate fulgebat tn̄ progenitores proprijs virtutibus adornabat. Hunc ergo et sermo decorabat et vita. Is itaq; tpe tēpestatis/cū fideliū suorū numerū gubernauit: cooperatorē hn̄s laudabilē stephanū quē sacratissim⁹ melecius ad alia certamina destinauit. Naz dū agnouisset germaniciū eudoxū peste corruptū: hunc ibi tanq̄ sapientissimus medicū destinauit. Erat eni el grecorū doctrina plenus: et diuinis dogmatibus fascinatus. Quāobrē spe sua frandatus nō est. Usus nāq; dono spiritalis doctrine: lupos mutauit i oues. Porro magn⁹ eusebius de exilio remeans: acaciū summe claritatis virū: in boccia ordinauit epm: in hierapolim theodotū cui⁹ mira cōuersatio hactenus C decantatur. Eusebiū in chalcidic: in cyro nostra isidorū. Aiunt eni quia etiā eulogiū qui pro apostolicis dogmatibus fuerat decertatus/ et i ātino cū pthogene missus exilio edissa ordinasset epm. Barsis enim sacratissimus: iā de presenti luce migauerat. sanctus ergo eusebius vltimū epm marin i ciuitate dolichia fecit. Hec eni parua ciuitas vesaniā tūc obtinuerat arrianā. Ubi dum accessisset eusebius vt marin virum plurimis virtutib⁹ decoratū in sede collocaret episcopali: quedā mulier arriana peste cōpleta tegulaz de tecto dimisit qua ei⁹ caput valde cōtriuit Is q; post paululum ad vitaz meliorem de hac luce migrauit. Qui moriēs p̄sentes iureiurādo cōstrinxit/vt ab ea q̄ hoc fecisset nullo mō penas exigerēt: imitatus dn̄m suū q̄ de crucifigentib⁹ ait. Pater dimitte eis. Nō eni sciūt qd faciunt. Similr et seruū stephanū q̄ post multos lapidū iactus clamabat: dn̄e ne eis statuas hoc peccatū. Hoc ergo mō magnus

eusebius est defunctus. Et q̃ thracie bar
baros euitauit impiorũ hereticorũ ma
nus declinare nõ potuit: sed martyrij co
ronã illoꝝ ferocitate suscepit. Hec ergo
gesta sunt post reuersionẽ episcoporuꝫ.

¶ Capitulum quartum.

Porro gratianus tra
chiam barbaros vastare co=
gnoscẽs italia derelicta phe=
nicam venit. Ea tempestate
theodosius tam propter parentum nobi
litatem q̃ȝ pro fortitudine propria nomi
natissimus habebatur: ⁊ ob hanc cau=
sam inuidia similium iudicum fatiga=
tus in hispania morabat̃ vbi ⁊ ortus fue
rat ⁊ nutrit⁹. Cũqȝ imperator quid face
ret hesitaret: quippe cum barbari eleua
ti victoria inexpugnabiles esse viderẽt
ducatu theodosij pugnã credidit termi
nari. Repente siquidem cum ab hispa=
nijs euocans: ⁊ magistrum militum esse
denũtians cũ expeditu ad barbaros de
stinauit. At ille fide munit⁹ cõfidẽter ad
trachas est ꝓfectus. Quo dum venisset
vidissetqȝ barbaros: exercitũ ordinauit
ad pugnam. Cõgressione facta impetũ
barbari non ferẽtes suas acies reliquer=
rũt. Et illi siquidem fugiebant hi ꝟo for
titer sequebãtur. Ingensqȝ cedes tũc
facta est barbarorũ. Plurimis igitur in
terẽptis paucisqȝ latenter trãseuntibus
histrũ moꝝ dux optim⁹ exercitu dispo=
ꝑ vicinas vrbes ipse velociter remeauit
ad principẽ ita vt ipse triũphorum suoꝝ
nũtius extitisset. Qđ tamẽ nec ipsi impe
ratori dũ miraret̃ factũ credibile videba
tur. Inuidi siquidẽ etiam fugisse euꝫ di
cebãt ⁊ exercitũ perdidisse. At ille dero=
gatus sibi petijt dirigi q̃ viderẽt hostiũ
multitudinẽ peremptoꝝ. His ꝟbis im=
perator flexus: direxit q̃ res actas inspi
cerẽt eiqȝ renũtiarẽt. Porro dux optim⁹
inter hec diuinã visionẽ vidit: ⁊ ab ipso
somniũ aperte sibi ministratũ. Cõspexit
enim in somnis q̃ sctũs meleci⁹ anthioche
ne ciuitatis antistes: clamydẽ sibi vesti=
ret imperialem: ⁊ corona caput ornaret.
Hec cũ nocte vidisset cuidaꝫ mane retu
lit clericoꝝ. At ille clarũ esse somniũ di
xit ⁊ nihil enigmaticum nihil dubiũ cõ
tinere. Cumqȝ pauci omnino transissent
dies q̃ pro victorie inspectione missi fue
rãt reuenerũt: perẽptaqȝ hostium multa
milia narrauerunt. Quamobrẽ letatus
princeps theodosium fecit imperatorẽ.
¶ Socrates. ¶ Consulatu ausonij et
olibrij sextadecima die ianuarij mẽsis.
¶ Theodoricus ¶ Traditaqȝ ei sce=
ptrorum parte valentis ipse rursus ad
italiã redijt ⁊ illũ ad regna collata trã
misit. Moꝝ igitur vt imperium sumpsit
pre oib⁹ de cõcordia ecclesie cogitauit: ⁊
vniuscuiusqȝ presulatus episcopoꝝ con
stantinopolim conuenire precepit. Hec
sola erat arriano plena ꝯtagio. Nã occi
dens liber ĥmōi lan B guore permã=
sit. Constãtius enim senior filius cõstan
tini maioris: ⁊ constans iunior paternã
fidẽ integrã seruauerũt. Rursus etiã va
lẽtinianus imperator hesperie: inuiola
tã custodiuit fidei pietatẽ. Orientis au=
tẽ tractus: multipharian ĥuiusmodi la
be completus est: arrius enim alexãdri
ne ꝑsbyter ciuitatis hãc ibi genuit blas
phemiã. Post queꝫ eusebius patrofilus
⁊ ecius palestine: ⁊ paulinus atqȝ grego
rius fenicis theodolus. Post quos etiã
athanasius ⁊ anecissus cilices ⁊ alij plu
rimi male iactata semina nutriuerunt.
His igitur nequissimis cultoribus fuit
cooperator constantius atqȝ valẽs. Pro
hac ergo solũmõ cã theodosius suo sub
iacẽtes imperio constãtinopolim cõgre
gari precepit episcopos. ¶ Socrates.

¶ Capitulum.v.

Interea macedo=
niani post legationẽ ad li
beriũ destinatã aliquanto
tpe sine discretione cõica=
bãt ibi ⁊ q̃ ab initio difini
tionẽ fidei nicene susceperant. Cũqȝ lex
principis gr̃a iu licẽtiã religiõib⁹ sicuti
vellẽt cõicare ꝓbuisset denuo sunt diui=
si. Cõgregatiqȝ in anthiochia statuerũt
vocẽ cõsubstãtialitatis amouẽdã ⁊ ve
nerãtib⁹ nicenã fidẽ nõ esse cõmunican=
dum. Sed plurimi vidẽtes eoꝝ varieta
tem recesserunt ab eis et consubstãtiali
tatis sectatoribus sunt vniti.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulũ.vi.

Unc theodosius bello barbaros superasset et illi romanos amicos habere deprecarentur causa federis acceptis obsidibus thessalonicam venit. Ubi dum in egritudinem incurrisset: ab acolio eius ciuitatis episcopo baptisatus est licet a progenitoribus christianum dogma et fidem niceni concilij sequeretur.

¶ Socrates. ¶ Tunc igitur baptisari cupiens propter infirmitatem thessalonicensium requisiuit episcopum cuius fidei esset. Quo respondente quod arriana pestis in illyricum non valuisset accedere: sed inuiolatam ab initio fidem niceni concilij seruarent ille libenter eius verba suscipiens baptisatus atque egritudine liberatus est.

¶ Sozomenus. ¶ Capitulum. vij.

Ogitans igitur imperator quod melius esset pronuntiare subiectis cuius esset fidei: ne videretur vim facere si quemque subito inuitum ad cultum religionis impelleret: legem a thessalonica populo constantinopolitano proposuit. Hoc enim visum est ut veluti de quadam ciuitatis arce omnibus subiectis alijsque ciuitatibus inde cante scriptura fieret manifesta. Cuius legis verba sunt hec. Imperator gratianus: valentinianus: et theodosius augusti: ad populum urbis constantinopolitane. Cunctos populos quos clementie nostre regit temperamentum in tali volumus religione versari: quam diuinum petrum apostolum tradidisse romanis: religio usque nunc ab ipso insinuata declarat. Quamque pontificem damasum sequi claret et petrum alexandrie episcopum virum apostolice sanctitatis: hoc est ut secundum apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam patris et filij et spiritus sancti unam deitatem: sub pari maiestate et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti. Reliquos vero dementes vesanosque iudicantes: heretici dogmatis insaniam sustinere diuina primum vindicta post etiam motus nostri quam ex celesti arbitrio sumpserimus vitione plectendos. Data. iij. cal. martias thessalonice gratiano. v. valentiniano et theodosio augustis consulibus. Hec sanciens post paululum constantinopolim venit.

¶ Capitulum. viij.

Unc igitur gregorius nazanzenus communi decreto multorum episcoporum in constantinopolim transmutatus intra ciuitatem in paruo oratorio sacra celebrabat. Cui loco postea principes basilicam maximam copulantes eam vocauerunt anastasiam. ¶ Capitulum. ix.

Ue vero non solum pulchritudine et magnitudine verum aptissima apparitione dei noscitur illustrari. Illic enim diuina virtus in somnis et apte plurimis et frequenter multisque languentibus et iterum in rerum periculis constitutis subuenisse dignoscitur: ita ut crederetur ab aliquibus sanctam mariam christi matrem virginem hanc esse. Cum tali namque habitu multis ostenditur quam basilicam ideo anastasiam vocant sicuti reor eo quod dogma niceni concilij in constantinopolim quasi iam mortuum eo loco expositionibus gregorij resurrexerit. Ego tamen audiui quosdam verilo quos retulisse dum populus illic congregaretur ad missas: mulier pregnans de superiore porticu cadens defuncta est. Tunc communi oratione facta super eam reuixit et cum partu saluata est. Quamobrem nimis inopinabile anastasie nomen id est resurrectionis accepit. ¶ Socrates. ¶ Capitu. x.

Regorius itaque vir eloquentissimus ac venerandus cognoscens aliquos murmurare eo quod esset ex alia ciuitate adueniente principe constantinopolim habitare declinabat. Imperator tamen dum in tali statu inuenisset ecclesias: cogitabat quemadmodum pacificaret omnes et cunctas augeret ecclesias. Mandauit ergo repente dimofilo qui tunc arriane religioni presidebat: si vis inquit credere secundum niceni dogma concilij: uniatur populus et suscipiat pacem. Cumque ille propositionem huiusmodi refugisset: tunc imperator. Si pacem inquit concordiamque

declinas: fugere te etiam a sacris basilicis ego te precipio. Hec audiens demofilus & cogitās qȝ graue esset potioribꝰ resultare: cōuocans in ecclesiā plebē & surgens in medio cunctoꝝ hec per se subiectis verba locutus est. Fratres. Scriptū est in euāgelio. Si persecuti vos fuerint ex ista ciuitate fugite in aliā. Quia igit imperator ecclesijs opꝰ habet: scitote cra stina nos collectā foris vrbem celebraturos. Hec cū dixisset: egressus est. Non tñ sic intelligens euāgelijꝫ ba quēadmodū dicta sunt. Illic eīm pcipitur vt fugiētes habitationē mūdanā hierusalē requirāt supernā. Egressus ergo ciuitatē aū portas cōciliabula celebrabat. Cū q̄ simul exijt lucinas alexādria pulsus: qȝ tūc cōstātinopolim morabaṫ. Sic itaqȝ theodosij concordiā nō ferētes post.xl. annos ecclesias quas vi tenuerunt reliquerūt. Egressi de ciuitate quinto cōsulatu gratiani & theodosij primo mēse nouēbris. quo facto nicene fidei sectatores ecclesias receperunt.

¶ Sozomenus. Capitulum.xi.

Igitur cuȝ eunomiꝰ valētis tēporibus a suis clericis recessisset: apud semetipsum in bithinia morabaṫ. vir callidus & dicēdi peritꝰ multusqȝ populus concurrebat ad eū: alijqȝ experiri volētes: alij audire q̄ diceret. Hoꝝ fama peruenit ad pncipē cū quo ipse quoqȝ voluit habere sermonē. Sȝ augusta placella pcibꝰ eū retinuit. Erat eīm fidelissima: niceni dogmatis iura sub integritate seruabat. Timuitqȝ ne vt assolet eloquio viri callidi captus imperator facile in sectam eius incurreret.

¶ Theodoricus. Cap.xij.

Illis quoque temporibus quo sacratissimus theodorus antiochenam regebat ecclesiam theodorus mopsuestie quidem episcopus: sed totius doctor ecclesie: dum contra vniuersam cohortem hereticorum fortiter dimicasset terminis vite fortitus est. Is diodori quidem magni doctrina potitus est. Joannis vero sacratissimi fuit socius atque cooperator. Communiter enim diodori pocula spiritualia sunt adepti: qui sex et triginta annis manserit in presulatu et contra arrij eunomijque acies fortissime preliatus est: insidiasque latronis apollinaris extinxit: optimaque pascua diuinis ouibus preparauit. Cuius frater Policronius apamenam rexit ecclesiam: et gratia sermonis et claritate conuersationis ornatus.

Socrates. Capitulum. xxxv.

Non multo post tempore quam ioannes defunctus est moritur et archadius imperator vir mitis et quietus: et circa finem vite pro huiusmodi causa venerabilis estimatur. In vrbe constantinopolitana domus est maxima habens cognomen carie id est nucis. Est enim in eius domus vestibulo arbor nucis in qua sermo est: eo quod fuerit appensus martyr Acatius et defunctus. Ob quam rem etiam oratorium illic est edificatum. Hinc Archadius videre volens ad orationem venit votoque completo reuertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitantes volentes imperatorem videre currebant: et alij quidem foras domum precesserant: vt melius aspectum principis et ordinem viderent obsequij: alij vero sequebantur. Dumque omnes cum mulieribus atque filijs simulque mancipijs extra domum iussent egressi repente maxima domus oratorio coherens subito tota corruit: clamorque cum admiratione secutus est: quoniam oratio principis tantos a ruine imminentis periculo liberauit. Archadius itaque relicto annorum octo filio Theodosio de quo iam plura sunt narrata defunctus est: consulatu Basilij et Philippi prima die Maij mensis: anno secundo ducentesime nonagesime septime olimpiadis. Is ergo cum patre quidem Theodosio tredecim regnauit annis: post mortem vero patris quatuordecim: vixit annis triginta et vno.

Explicit liber decimus.

Incipiunt tituli libri xj.

i Qnia theodosij minoris imperium prefectus regebat anthemius.

ij De attico epo eiusqz moribus.

iij De theodosio episcopo synnade & quemadmodum illic macedoniani conuersi sunt.

iiij Quomodo iudeus paraliticus p baptisma sit curatus.

v De sabbatio heresiarcha eiusqz sequacibus.

vi De morte theodorici arrianorũ episcopi & ordinatione barbas & que sub eo sint gesta.

vij De ordinatione cirilli alexãdrini pontificis.

viij Quomodo apud persas per maruthaz episcopum sit christianitas dilatata.

ix Quemadmodum italiam vastarit alaricus.

x De celestino romano pontifice & quomodo nouacianos fuerit insecutus & de sabbato.

xi De seductione & nexib⁹ christianorũ que per iudeos alexandriã prouenerunt.

xij De hipacia philosopha quomodo in alexãdria fuerit interempta.

xiij Quomodo iudei presumptionis sue penas exoluerint.

xiiij De iudeo qui dum sepe baptisaretur aqua fontis abscessit.

xv Quomodo disgerdus rex persarum christianos fuerit persecutus & romanis euictus.

xvi Quomodo acacius eps amide captiuos persarũ redemit a romanis militibus venditis vasis ecclesie & pastos cum sumptib⁹ ad propria destinauit.

xvij De eudoxia vxore theodosij & de laudibus ipsius theodosij.

xviij Quomodo Joannes tyrãnus in occidente fuerit superatus.

¶ Incipit liber vndecimus.

¶ Socrates.

¶ Capitulum primum.

Sic archadio imperatore defuncto: honorius quidã eius frater regebat hesperias: orientales autem prouincie sub ditione manebãt theodosij minori secum esset annorum octo: anthemio prefecto omnia disponẽte. Erat enim iste nepos philippi qui paulũ epm sub constãtio ab ecclesia expulerat: & macedoniũ introduxerat. Js eciã muro maximo vrbẽ cõstantinopolim circũdedit. Qui vir sapiẽtissimus inter illius temporis homines: & putabatur & erat & nihil inconsulte faciebat: sed cum multorꝫ cõcilio que erãt agẽda tractabãt & maxime sophiste troilo se credebat.

¶ Capitulum.ij.

Imperatore igitur octo annos agente: tertiuz annum atticus habebat episcopatũ vir clar⁹ & eruditus venerabilis atqz prudẽs. Vñ etiã ecclesias sub eo magnũ sumere cõtingit incrementũ. Nõ eñ solis proprie fidei psonis munificus erat: sed etiã hereticis miraculũ sue sapiẽtie demonstrabat: quos fatigare qdẽ nolebat. Cũ vero eos terrere tẽtasset: denuo mansuetudinẽ ostẽdebat. Et inter hec nõ negligebat eloquiũ. Laborabat eñ circa veterũ lectiones noctibus eis incũbens. Quapropter nõ eũ mouebãt philosophice aut sophistice lectiones. Erat eñ confabulãtibus gratus: cũ tristibus mestus & absolute secũdũ apostolũ omnib⁹ oĩa factus est. Primo qdẽ cũ presbyter esset libros faciebat & meditatos corã ecclesia recitabat. Postea vero etiã fiduciã cũ labore sortitus sub oculis doctrinã laudabilẽ pferebat. Nõ tamen tales erãt eius sermones vt etiã ab auditorib⁹ scriptis traderẽtur. Que vero eius tẽporibus memoranda prouenerunt enarrabo.

¶ Capitulum.iij.

In synnada pacatiane frigie ciuitate: theodosius qdaz erat eps & macedonianos

cū illic plures essent insequebatur ꝛ non solum eos ciuitate sed etiā ab agris nimia crudelitate pellebat dū orthodoxorum ecclesia persecutiones inferre nō solebat. Quod ille nō zelo recte fidei/sed ꝑ pecuniarū amore faciebat. Contra vniuersos tam clericos ꝙ̄ iudices ꝓuinciales armabat ꝛ precipue agapitum eorū turbabat episcopum. Cūq; iudices prouincie ad inferenda tormenta sibi sufficere nō putaret: cōstantinopolim est profectus vt prefectorū solatia mereretur. Ibiq; posito theodosio ꝓpter huiusmodi causa3 agapitus macedonianorū episcopus ad meliorem se contulit partem. Habitoq; tractatu cū omni clero ꝛ euocato populū sibimet subiacentem suasit eis vt ꝯsubstātialitatis susciperē fidem. Hoc facto repēte cum maxima multitudine magis cum omni vt ita dixerim ciuitate ad orthodoxorum ecclesias venit: ꝛ oratione facta: sedē in qua theodosius presidere solebat obtinuit. Tunc vniens populum ꝛ de cetero fidem consubstantialitatis docens: ecclesiā tenuit synnadensem. His itaq; gestis non post multū temporis theodosius cum prefectianorum venit auxilio. Et nihil sciens horū que fuerant gesta ad ecclesiam properauit. Ex qua ab omnib⁹ expulsus: rursus constantinopolim remeauit: ꝛ apud episcopum atticum que fuerāt contra eum gesta deposuit: quēadmodū irrationabiliter episcopatu fuisset expulsus. Attic⁹ autem cognoscens vtilem causam ecclesie prouenisse: theodosiū quidē verbo cōsolatus est vt patienter ferret preponens autē causis personalibus generalē vtilitatē scripsit agapito vt teneret epatum nihil de inimicitijs cogitaret theodosij.

¶ Capitulum.iiij.

Hoc igitur vnu3 est rerū vtiliū que attici temporibus in ecclesia ꝓuenerūt. Sed neq; miraculorū aut sanitatū hijs defuit eā tpibus. Quidā nāq; iudeus cum paralitic⁹ esset: plurimis ānis i lecto iacebat. Cūq; ois medicina ei fuisset exhibita: ꝛ cūctoꝝ iudeorū nihil orō ꝑualeret: nouissime ad baptismatis christiani gratiā confugit huic soli veritatis medicamini se cōmittēs: hoc velociter episcopo attico nūciatur. Qué catecuminū factū et spem christi promittēs deportare cum lecto ꝑcepit ad baptismū. Verū iudeus paraliticus. baptismū vera fide suscipiens cū de fonte fuisset leuat⁹ egritudine repēte priuatus est: ꝛ de cetero san⁹ fuit. Hanc igitur curā virtus christi etiā nostris tēporib⁹ demonstrauit. Qua causa plurimi paganorum credētes baptisati sunt. Iudeos aūt licet signa querētes: hec tamē nō prouocauerūt ad fidē: his ita apud christianos gestis plurimi paruipēdētes in sua neqtia permāserūt. Et nō solū iudei tantis prodigijs resultabāt s3 etiā sequaces eorū similia sapuisse conuicti sunt.

¶ Capitulum.v.

Sabbatius itaq3 cuius dudum fecimus mentionem nolens in suo ordine manere presbyterat⁹ desiderabat episcopatu3. Hisdēq; tēporibus recessit ab ecclesia nouatianoꝝ occasionē hñs quasi ꝓpter obseruationē pasche iudaici. Faciebatq; collectas cōtra sisinniū suū episcopum in loco ciuitatis qui xerolotus appellatur in archadij foro. Illic enim rē cōmisit valde periculosam. Die nāq; festiuitatis in euāgelica lectiōe vbi scriptū est: erat em̄ pascha iudeorū: verba que nusq̄ scripta neq; audita sunt ꝓsumpsit adijcere idest maledict⁹ q̄ preter azimas celebrauerit pascha. Hoc auditū ꝑcucurrit in populū ꝛ simplices decepti/nouatianoꝝ laicorū cōuenerūt ad illū. Quod tamē malū non remāsit inultū: s3 in finē pessima eius falsitas est conuersa. Post paululū em̄ dum ad quādā festiuitatem multi cōcurrerēt vt vigilias solite celebrarēt formido subito demonica irruit sup eos quasi sisinnius eorū cū venire cū maxima multitudine. Factaq; turba ꝙ̄ppe nocte ꝛ in angustie loco comperti semetipsos cōtriuerunt ita vt vltra.lxx. homines morerentur. Hoc factum plurimos a sabbatianorum secta ꝓhibuit: quidā vero in eius rusticitate manserunt.

¶ Capitulum.vj.

Ode tēpore doro; theus arrianorum presul quē ab anthiochia constātinopolim transtulerūt cū centum decem & nouē vixisset annos defunctus est cōsulatu honorij septimo: & theodosij secundo: sexta nouembris mensis: post quez arriane superstitionis barbas ordinatur episcop⁹. Sub hoc itaq̄ barba per duos presbyteros eloquentissimos arrianorū religio floruit: quorum alter thimotheus/alter georgius dicebatur. Sed georgius doctrina helladica erudit⁹ erat: thimothe⁹ sacris literis incumbebat. Et georgius quidem semper aristotelē & platonē habebat in manib⁹. Thimotheus origenez ita vt etiaz lingua hebraica loqueretur. Thimotheus dudū psaltirianorum fuit heresorū: georgiū barbas presbyterum ordinauit. Thimotheū itaq̄ ego ipse vidi & cognoui quēadmodū interrogātib⁹ erat respondere paratus/soluēs obscurissimas questiōes q̄ in diuinis inueniūtur eloquijs testē vocās veracissimū origenē. Mihi tñ videt̄ mirabile quomodo tales viri in arrianorū lege mãserūt quorū vnus quidē platonē semper habebat in manib⁹. Alter respirabat iugiter origenē dū nusq̄ plato sc̄daz vel tertiā causam sicut ipse nominare solet initiū subsistētie asserat percepisse: & origenes coeternum vbiq̄ fateatur filium patri. Qui licet in sua sentētia mãserint: religionē tamē arrianā perduxerūt latēter ad meliora. Multas nanq̄ arrij blasphemias doctrinis proprijs expulerunt.

¶ Capitulum.vij.

Nter hec defuncto theophilo passione litargica. cōsulatu honorij nono: et theodosij quinto: facta contentione propter episcopatū inter thimotheum & cirillum die tertia mortis theophili cyrillus ordinatur episcop⁹: & maiori fastu q̄ theophilus tenebat episcopatum. Qui mox episcopatus sui principio nouacianorū claudēs ecclesias oia vasa eorū sacra percepit episcopūq̄ eoꝝ theopōpū reb⁹ quas habebat omnib⁹ spoliauit.

¶ Cap.viij.

O tēpore apud persas est christianitas dilatata. Inter romanos enim et persas semper ꝓpter diuersas causas mittūtur legationes. Tūc ergo casus attulit: vt merutas mesopotamen⁹ episcopus cuius dudū meminimus: a romanorum imperatore ad persarum destinaretur regem. Qui multā reuerentiā apud maruthaz inueniens cūnctis pcēter honorabat & tāq̄ diuinū respiciebat virū. Hoc factum mordebat magos metuētes ne regem christianum fieri suaderet. Nā cū dolore capitis multo tēpore torq̄retur: magis eum curare nō valētibus maruthas orationibus fecit incolumē. Ob hanc ergo causam moliti sunt quandaz magi fallaciā. Et qm̄ per se ignē colunt cōsuenitq̄ rex in quadā domo ignē ardentez perpetuo suppliciter adorare: magi sub terra hominē quendā abscōdētes tēpore quo rex solebat orare: & eū talia clamare fecerūt. Mitte foras regem: impie cm̄ regit: q̄ sacerdotem christianorū iudicat esse venerandū. Hec audiens disgerdis persarum rex: licet reuerētiā haberet: tñ maruthā abijcere cogitabat. Porro maruthas vere deo venerabilis homo vacabat orationibus per quas inuenit dolum magicis artibus fabricatū. Ueni ēm̄ ad regē noli inquit: illud rex: sed ingressus dū audies istiusvocem fodi iube: & doli causas inuenies. Nō cm̄ ignis loquitur: sed hominū molimina huiusmodi esse noscimꝰ. Hoc dicto flexus est persarum rex. Et rursus ingressus vbi ignis inextinguibilis seruabatur: cū audisset vocem: iussit fodi locū. Tūc qui mittebat quasi diuinā vocez inuētus arguitur. Iratus itaq̄ rex magorum genus vsq̄ ad decimā iussit immini portionem. Hoc facto maruthe dixit vt templa que vellet edificaret. Ex hoc apud persas sumpsit christianitas incremētum. Tunc igitur maruthas a persis cōstantinopolim remeauit. Et nō longo post tempore rursuz destinatus est. Ite=

rūcꝫ magi machinabātur ne eū suscipe-ret rex. Feceruntqꝫ fetorē quēdā in locum vnde rex transire solebat: et quasi a chri-stianis factū fuerit derogabāt. Cūqꝫ rex suspectos iam habens magos hoc cum studio requisisset denuo ab eis cōcinatū esse cognouit. Quāobrē plurimos eorū supplicijs tradidit. Maruthami vero po tiori honore coluit: et romanos valde di-lexit: eorūqꝫ amplexatus est pacem. Qui pene christianus fieri potuit dum aliud miraculū per maruthā et ablatā perfidis epm prouenisset. Ambo nāqꝫ molestū de mone a regis filio ꝓtulerunt orationib⁹ vacātes atqꝫ ieiunijs. Post hec alijs dis-gerde defuncto anteqꝫ fieret xpianus ad eius filiū peruenit imperiū. Cuius tem pore inter persas atqꝫ romanos pacta so luta sunt. ¶ Capitulum. ix.

Er idem tēpus in-nocētius prim⁹ rome noua-cianos persequi cepit mul-tasqꝫ eorum tulit ecclesias. Quo tēpore roma est a bar-baris depredata. Alaricus eni quidam barbarus ditioni romanorum/ et theodo sio imꝑatori subiectus: atqꝫ cōtra euge-niū tyrānū solatia ꝓbēs: et ꝓpterea roma nis dignitatib⁹ honorat⁹: felicitatē suā nō ferēs imperare ꝗdē nō elegit: sed di-scedēs ab vrbe cōstātinopolitana venit ad partes hesperias. Cūqꝫ venisset illiri cū oia subuertebat: et trāsiēs thessaliam habita ꝯgressiōe circa fluuiū pinū apud nicopolim epyri (pene tria milia viros eius thessali peremerūt. Post hec autē quicquid eis incurreret destruentes no-uissime rome venerūt. Quā vastātes plu rima quidē miraculorū eius igne cōcre-mauerūt pecunias aūt abripuerūt mul-tosqꝫ senatorū ordinis diuersis subdide-re supplicijs. Deridētesqꝫ romanorū re-gnū imperatorē fecerūt quendā nomine attallū: quē vna die tāqꝫ imperatorē fe cerunt procedere altera vero serui sche-mate ministrare. Hec dū egisset alaric⁹ in fugā repēte cōuersus est: fama proce dēte qꝫ theodosius imperator contra eū misisset exercitum que fama non fuit fi-cta sed vera: nanqꝫ exercitus veniebat.

Fertur itaqꝫ: qꝫ cū alaricus pergeret ro-mā vir quidā venerabilis cōuersatione monachus eū monuisset: vt mala talia facere nō auderet: neqꝫ necibus gaude-ret aut sanguine. At ille. Nō inquit ego volēs romā ꝑfici scor: sed quidā quotidie mihi molestus est torquēs et dicēs. Per-ge et romā destrue ciuitatē. Hec etiā de his dicta sufficiant.

¶ Capitulum. x.

Post hec celestin⁹ rome ordinatur episcop⁹: qui etiā nouacianorū ab-straxit ecclesias et eorū epi-scopū nole rusticulū in oc-culto coegit celebrare col-lectas: vsqꝫ ad illud nāqꝫ tēp⁹ plurimas nouaciani habebāt ecclesias. Porro con stātinopolitani nō talia pertulerūt: sed cū eos diligerēt etiā intra vrbē eos col-lectas facere permiserunt. Moriēte ve-ro sisinio nouacianorū episcopo crisan-tus ad episcopatū trahebatur: vir mul-tis romanorū dignitatibus honoratus. Quo fugiēte sabbati⁹ se tēpus opportu-nū ad episcopatū inuenisse credēs/ fecit quosdā ignobiles sibi manus imponere insusurādūqꝫ quod prebuerat paruipen-dēs. Cuius mores cum populus abhor-ruisset: chrisantū ꝑ loca omnia require-bāt. Quē inuenientes in bithinia inuitū sacerdotiū suscipe coegerūt. Qui nihil percipiebat ecclesie nisi dnico die duos panes. ¶ Capitulū. xi.

Ad siquidē tēpesta-te iudeorū gens ab alexan-dria est huiusmodi causa proiecta. Alexādrinorū po pulus plusqꝫ alie gnatiōes seditionib⁹ deditus est qui si occasionē acceperit importabilia ma-la cōmittit. Nam preter sanguinem non cessat a lite. Cōtigit itaqꝫ tūc vt inter al-terutros cōtentiones haberēt: nō ꝓpter necessariā causam: sed ꝓpter studiū pā-tominorū: qꝫ enim is qui die sabbatorū saltabat plurimū habebat populum iu-deorum dū vacantes nō auditioni legis sꝫ theatris occuparent: ea dies litigiosa

extitit iter partes. Cūq; hoc aliquaten⁹
fuisset ab alexādrie prefecto correctum:
nil, ilominus nāsere iudei. Et cū essent
semperchristianis infensi cōtra pātoni
mos eorū amplius dimicabant. Tunc
igitur orestes prefectus alexādrie festi=
uitatē quandam quam policiā vocant/
in theatro celebrabat vbi ⁊ aderant qui
dam armatorū cirilli: dispositiones pre
fecti volētes agnoscere. Inter quos qdā
nomine gerax ductor puerilium literarū:
⁊ cirilli feruentissimus vehementer au=
ditor: ac sollicitus plausus in eius expo
sitionibus excitare: hūc itaq; geracē cū
vidisset in theatro iudeorum turba cla=
mabat aduersus eū quia pro nihilo ve
nerit nisi vt in theatro seditiones inter
populos excitaret. Uerum horrestis du
dū habens odiū contra cirilli superbiā
arreptum geracē publice fecit in thea
tro agitari vberib⁹. Hoc cirillus agno=
scens: conuocatis, prioribus iudeorū (vt
decebat ammonuit) ne contra xp̄ianos
seditiōes excitarent. Porro turba iudeo
rū hoc paruipendēs maiora cōtra xp̄ia=
nos tractauere molimina. Dātes itaq;
sibimet signum vt anulum factū ex pal=
ma omnes haberēt in digito cōtra chri=
stianos hoc mō dimicauerunt. Fecerūt
eñ quosdā de suis vna nocte per omnes
ciuitatis discurrere regiones clamātes
quoniam alexandria arderet ecclesia.
Ob quā rem christiani vndiq; concurre
bant/quasi ecclesie flāmas extinguerēt.
Porro iudei ignorātes interimebant: se
metipsos per signū anuli cognoscentes
ac parcentes alterutris. Facto autē die
latere nequiuerunt. Ob hāc rem permo
tus cirillus cū maxima multitudine sy
nagogis astitit iudeorum: ⁊ illas quidē
abstulit iudeos autē expulit ciuitate eo
rumq; substātiam diripere populis im=
perauit. Hoc ergo modo iudei a tempo
ribus alexandri macedonis illam habi=
tātes: vrbem: tunc nudi prorsus expulsi
sunt ⁊ persingula loca dispersi. Adamā
chius vero ;medicine sophista ;cōstanti=
nopolim veniēs christianum se fore pro
mittens postea reuersus in alexādriam
est. Igit̃ alexandrie prefectus horrestes
valde contristabatur eo q; populosam
vrbem ita desolatā repente cōspiceret.
Unde etiā principi retulit quod proue=
nit. Sed ⁊ cirillus delicta iudeorum im
peratori nō tacuit: ⁊ horrestis amicitias
cogente populo postulauit. Cūq; prefe=
ctus amicitiarū verba refutaret euange
lia obtulit ei cirillus. Et dū neq; sic ei⁹
corda subigerentur: hec denuo prouene
runt. Monachorum quidam in mōte ni
tria cōstituti fautores theophili ex illo
quo cōtra dioscorum iniuste fuerit coar
matus etiā pro cyrillo libēter prelia su
sceperūt. Relictis monasterijs viri pene
quingenti ⁊ venientes ad ciuitatem pro
cedentem in carpento prefectū immola
torē idolorū paganūq; clamabāt. At ille
putans inimissiōe cirilli factū: clamare
cepit Christianus sum/ ⁊ ab attico con=
stātinopolim baptisatus. Illis hec v̄ba
despicientibus ammonius quidam eorū
p̄fectū petra p̄cussit in capite. Qui repē
te completus est sanguine ⁊ recedenti=
bus officijs atq; lapidum impetū decli
nātibus cum paucis remāsit. Inter hec
populus cōcurrebat vt p̄fecti vindica
ret iniuriā. Detentūq; ammoniū tādiu
vberib⁹ castigauit donec traderet mor=
ti. Non post multū hec nuntiātur impe
ratori. Corpus autē ammonij sumens
cirillus: in quadā ecclesia sepeliuit eiq;
aliud nomē imposuit vt non pro sua cul
pa: sed pro christo mortuus crederetur.
Cui laudes quasi martyrib⁹ offerebat.
Sed qui vere nouerāt q; dignas susce pe
rat pro suo scelere penas cirillum valde
culpabant. Sed neq; in hoc solummo=
do cirilli ⁊ horrestis aduersitas cōquie=
uit quādoq; post hec aliud est exortum.

Capitulū.xiij.

ERat in alexandria
quedā mulier hypacia noīe
filia theonis philosophi: et
tantū erudita vt super philosophos ei⁹
tp̄is emineret: ⁊ i platonicā scholā a plo
tino veniēte: susciperet ipsa successionē
atq; oēs philosophicas lectiones expo
neret. Quapropter oēs currebant ad eā
p̄pter honestā doctrine fiduciā. Uenie=
bat eñ etiā ad iudices nec habebat vllā
verecūdiā apud iudicē p̄mixta viris dū

eā cuncti pro sui castitate venerarētur. Tunc ergo inuidia contra hāc feminam est accēsa. Dū eñi crebro pergeret ad horestem ecclesiasticus populus motus aduersus eā est tāq̄ ipa cū ab amicitijs prohiberet episcopi. Quamobrē conspirātes viri acerrimo feruore pulsati quorum dux erat quidā petrus lector obseruauerunt mulierem ad propria remeantem/eā de vehiculo deponētes ad ecclesiā que vocatur cesaris traxerunt/et vestibus exutam lapidibus peremerunt. Quā postea membratim dilacerantes in loco qui dicitur cinarus igne concremauerunt. Hec res non mediocrē liuorem cirillo et alexandrine concussit ecclesie. Aliene nāq̄ sunt a christianis cedes et pugne. Hec igitur acta sunt quarto anno episcopatus cirilli: cōsulatu honorij decimo: et theodosij sexto: mense martio ieiunijs existentibus.

¶ Capitulū. xiij.

Post paucum vero tēpus iudei rursus illicite cōtra xp̄ianos agentes/puniti sunt in loco qui dicitur nestar: posito inter calcidem et anciram syrie. Hec itaq̄ iudei consueta quedā risibilla celebrantes per ebrietatē accensi inter alia christianis ipsiq̄ christo derogare ceperunt deludentes cruci et spē in eo qui est crucifixus habentibus. Comprehendentes igitur infantulum christianum alligatū cruci suspenderunt. Et primū quidē deludebant et irridebāt ei. Postea vero correcti vesania ictū infantulū verberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira congressio inter eos atq̄ christianos exorta est. Quod dū principes agnouissent pro nunciarum iudicibus mandatum est vt huiusmodi quererentur autores et punirentur et hoc modo dignam vltionē sue nequitie receperunt. ¶ Capitulū. xiiij.

Alsiquidē tempestate iudeus quidam seductor ficta christianitate crebro baptisabatur, et hac arte pecunias congregabat. Cumq̄ multis heresibus illusisset arrianorum atq̄ macedonianorū: postremo ad ecclesiā venit orthodoxorū. Cū dum tempus ieiuniorū fuisset impositū/multisq̄ adhuc diebus occuparetur cepit festinare vt quasi i feruēti studio baptismatis dona pciperet. Preparat baptismatz vestigia ɔgrua baptismatis. Cūq̄ fons fuisset implet⁹ deducit iude⁹ ad baptisandū. Tūc dei q̄dā inuisibilis virt⁹ aquā disparere pcepit. Cūq̄ presentes nō cogitātes dei virtutem aquam per cuniculum proprium defluxisse suspicarētur diligēter vndiq̄ clausum rursus impleuerūt fontē. Et denuo deducto iudeo aqua disparuit. Tūc sacerdos. Quid mali inquit fecisti hō. An certe nesciēs baptisma iam potitus es? Ob hanc rem cum diuersi concurrerent: quidā iudeus recognouit quem baptisatū ab attico episcopo ipse susceperat. Et hoc modo illius fraus vniuersis apparuit. ¶ Capitulum. xv.

Preterea defūcto disgerdo rege psarū: ei⁹ filius barabanis ei successit. Hinc instigat⁹ a magis crudelib⁹ torqbat suppliciīs xp̄ianos. Cūq̄ xp̄iani apō psas opprimerent cōfugiūt ad romanos eorū petētes auxiliū. Quod atticus ep̄s libēter excipiēs eosq̄ quātū erat possibile fouēs q̄ gesta fuerāt theodosio nūtiauit imperatori. Eo quoq̄ tp̄e etiā alia causa puenerat que romanos persis faciebat infensos. Quoniā perse aurifossores quos a romanis ad mercedē acceperāt reddere contemnebāt: et quia onera negotiatorum romanorū violenter abstulerant. Cū illa ergo ingratitudine etiā christianorū ad romanos confugientiū est adiecta. Mox ergo persarū rex legatos mittit repetēs fugiētes. Porro romani nequaq̄ ad se ɔfugiētes reddere voluerunt: non solū supplices liberare studētes sed pro christianitate libenter omnia sustinere. Quamobrē dimicare q̄ pituros christianos tradere potius elegerunt. Solutis igit̄ propter hoc pactis bellum crudele commissum est. B De quo absurdum nō est pāuca narrare. Romanorū igit̄ impator missa

exercitū:cui prefuit militie magister ar dabur us. Js em̄ persicā regionē p armenie fines ingrediēs vnā eius prouinciā azamensem valde vastauit: cui;cū plurimo exercitu narzeus dux parthoꝝ regi occurit. Factaq; ꝯgressiōe deuictus est. Quo facto cogitauit p mezopotamiā romanoꝝ prouinciā sine custodia cōsistentem inuadere: ⁊ hoc modo de romanis vlcisci. Sed romanoꝝ ducez narsei cōsiliū latere nō potuit. Depdatus em̄ azazenam velociter regionem ⁊ ipse mesopotamiā venit. Et ideo narseus lz multum habuisset exercitum:romanorū terras introire non potuit:sed veniens ad nisibin persarum ciuitatem in confinio cōstitutā ardaburio mādauit;vt diē ⁊ locum statueret preliorū/ At ille venientibus. Nuntiate inquit narseo quia non quando tu volueris romanorum pugnabunt imperatores. Verū imperator deo soli spez belli committens destinauit exercitū. Et q2 fideliter deo supplicans repēte impetrauit auxiliū hinc dat agnosci. Dū igit cōstātino C polim p eueñtu bellorū estuatio magna consurgeret angeli dei iter agentibus per bithiniaz ad vrbē constantinopolim se demōstrauerunt iubentes vt cōfiderent ⁊ orarēt ⁊ deo crederent:quiá romanos victoria sequeretur: dicētes se mediatores belli directos a deo. Hoc auditum nō solū ciuitatem sed etiam milites confortauit. Cūq; ad mesopotamiaz bellū fuisset De armenie regiōe trāslatū:romani persas nisibi;clausos fortiter obsidebāt:ligneas turres faciētes aduersus eos:easq; contra muros applicātes ⁊ plurimos d muris cōtra se pugnantiū perimentes. D Porro bardebanis persaruz rex audiēs azazenam regionē ab eis fuisse vastatā ⁊ eos qui in nisibi clausi videbant obsessos:seipsum cū magno exercitu preparauit occurrere. Miratusq; romanorū ktutē sarracenoꝝ solatia postulauit. Quorū tūc erat rex alamūdarus vir fortis ⁊ preliator q dū multa millia sarracenoꝝ haberet persaꝝ regi victoriā pmittebat seq; ei anthiochiā syrie tradituꝝ sed nō cōtigit qd putauit. Deꝰ em̄ oibꝰ sarracenis quēdā irrationabilē metū latenter iniecit:ita vt putarēt sibimet romanos insistere. Turbatiq; nec habētes quo ingerēt in fluuiū effratē semetip sos armati proijciebant:vbi plus cētū milia virorū necati atq; ꝯsumpti sunt. His ita puenientibus nisibin obsidētes cū audirēt persarū regē plurimos elephātos adducere perterriti: cuncta quidem obsessionis machinamēta concremauerūt ⁊ ad ppria loca reuersi sunt. Que vero ꝯgressiones postea puenerunt. Et quō arrobindas alter romanorum magister militum fortissimum persarum monachum interemit. Aut quō ardaburius septē fortissimos persaruz duces insidijs captos occidit:vel quomō biacianus alter dux romanorum reliquos sarracenos extinxit pretereundū est ne videar multum a pposita relatione digressus E Que tunc igitur gerebātur velociter imperatori theodosio nuntiata sunt. Quō autē hoc cito cognosceret,indicare nō piget. Inuenit quendā virū animi habitu corporisq; fortissimū nomine palladiū qui tanta velocitate veredos agebat:vt tribus diebus perueniret ad terminos romanoruz atq; persarum ⁊ rursus totidē remearet ad cōstantinopolim ciuitatē. Js enim etiaz alios romani imperij terminos velociter transibat. De quo qdā eloquentissimus sic;ait. Iste vir cū sit lata romana respublica eam paruulā sua velocitate demonstrat. Quez etiam persarum F rex sepius admiratus est. Romanoruz igitur imperator licet videret aperte sibi collatam a deo victoriaz prouenisse/tamē pacē non dissimulauit expetere/misitq; helionē virum prudentem ⁊ honoratuz vt cum persis de pace loqueretur. Qui dū venisset mesopotamiam vbi erant fossata romanorum misit pro pace petenda legatariū quendaz maximum virum eloquentissimū ardaburij militie magistri consiliariuz. Qui pro pace veniens ad persaruz regē missuz se non ab imperatore sed a ducibus asserebat dicens:quia hoc bellū pro sui contēptu neq; peruenisset ad principez. Cumq; paratus esset vt legatarij verba susciperet:quia fame eius laborabat exercitus:veniens numerus qui apud eos

immortalium appellatur (est eñ decem milia virorum valde fortissimorum) nõ prius dixerunt pacẽ cum romanis esse faciendã: q̃ ipsi eos sine custodia constitutos inuaderẽt. Quibus verbis persua sum est regi vt se a pace suspẽderet. Tũc legatariũ quidẽ clausum seruari fecit/ ⁊ misit numerum immortalium dimica re cõtra romanos. Qui venientes in duas acies diuisi medios habuere romanos. Porro romani vnã persarum videntes aciem contra eam se preparabant aliã nõ videbant q̃ paulatim accessit ad pugnam. Cumq̃ ergo iam congressio pene esset in opere dei prouidentia ex quodã colle exercitus alter apparuit romanorum cũ duce procopio. Qui cum videret socios in periculo instabat a dorso persarum. Tunc in medio cõclusi qui circundederãt primo romanos in momẽto ab eis extincti sunt. Quo facto romani ad alios qui erant in subsidijs positi cõcur rerunt/ eosq̃ fortiter iaculati sunt. Sic igitur qui immortales appellantur oẽs mortales apparuerunt penas exigente christo de gente persarũ: eo q̃ plurimos eius famulos occidissent. Porro rex persarũ infortunij sui causam agnoscens: simulabat se nescire quod gestum est. Suscepitq̃ legationẽ dicens legatario romanorum. Non bello cedẽs pacem amplector sed tibi prestare volẽs qui omniũ romanorum te sapiẽtem esse cognosco: ⁊ hoc modo bellum propter christianos exortum de parthorum regiõe cessauit. Contigit enim consulatu honorij tertio decimo ⁊ theodosij decimo.

Capitulum. xvj.

Tunc igitur acacium amide ciuitatis episcopũ act⁹ optimus reddidit clariorẽ. Cũ enim romani milites captiuos persarũ de azazena regione vastata reddere regi parthorum nullo modo vellent captiui fame consumebantur dum essent circa septem milia: quod persarum regem non mediocriter contristabat. Tunc igitur acacius conuocans clericos sibi subiectos: viri inquit fratres deus noster nec discis nec calicib⁹ opus habet. Nã neq̃ comedit neq̃ bibit. Et q̃ multa vasa aurea ⁊ argẽtea eccl'ia nr̃a ex oblatione xp̄ianorũ habet/ cõuenit ex his liberari exercitũ captiuorũ: egẽtibusq̃ cibos offerri. Hec ⁊ his similia cũ dixisset/ cõflauit vasa ⁊ militibus dedit pretiũ captiuorũ. Quos dũ recreasset cibis: datis sumptibus ad regẽ propriũ destinauit. Hoc mirabile opus acacij per sarũ rex magis obstupuit/ ⁊ q̃ bello romani ⁊ bñficijs eui cissent. Aiunt enim quia etiã desideriũ habuerit persarũ rex vt videret acaciũ sed hoc theodosius prohibuerit imperator.

Capitulum. xvij.

Victoria siquidem auxilio dei collata romani plurimi pollentes eloquijs: conscribebant laudes imperatoris. Cuius vxor heroico metro poemata multa confecit. Erat enim eloquens filia leoncij sophiste atheniensis a patre oib⁹ lectionib⁹ erudita. Quã dũ imperator ducturus esset vxorẽ christianã atticus fecit ep̄s: in baptismate cũ prius vocaretur athenais eudochie nomen imposuit. Multi ergo sicuti dixi volẽtes innotescere: alij suã facũdiã demõstrare preconia imperatoris conscripserũt. Ego vero nec innotescere cupiens/ nec facundiã sermonis ostẽdere cũ veritate imperatoris bona memorare studeo q̃ sint dãnosa si taceant. Primũ itaq̃ regaliter natus atq̃ nutrit⁹ nihil habuit tepidũ sed sic fuit sapiens inter confabulãtes vt experimentũ omniũ crederetur habere. Plerunq̃ ieiunabat ⁊ maxime quarta feria ⁊ sexta studio xp̄ianitatis nec aliter q̃ monasterium regaliã videbant. Ipse nãq̃ matutino ad suas sorores pgẽs diuinas dicebat laudes. Quã obrẽ etiã sacras literas sine codice recitabat. Loquẽtib⁹ ep̄is velut olim sacerdos tact⁹ ex diuina lectiõe respõdebat. Congregabatq̃ sacros codices et quoscũq̃ q̃libet eorũ interpretes seu expositores ↄscripsisse videbant pl⁹ q̃ ptolome⁹ studuerat filadelfus. Patiẽtia atq̃ clemẽtia vniuersis hoib⁹ eminebat. Nã iulianus imperator: licet philosophus diceretur: nõ tamẽ anthiochẽsium portauit

iniuriam/sed maxime theodoro tormenta indignatus imposuit. Porro theodosius multū gaudēs syllogismis aristotelis: philosophiam exercebat operibus/iram tristitiā: libidineq; deuincens ⁊ in nullo se vlcisci desiderans. Dum igit a quodā familiarium interrogaretur cur nullū se ledentium morti subijceret: vtinam inquit esset, mihi possibile ad vitā etiā mortuos reuocare. Quem dū alter pro ea causa requireret: nō est, inquit magnum neq; difficile hominē mori: quia neq; deo soli semel mortuum ex penitentia suscitare. Sic eīm fuit clemēs vt si qñ quispiam dignum aliquid morte cōmitteret: nec vsq; ad ciuitatis portas moriturus perueniebat: sed eius clementia continuo reuocatio sequebatur. Dū aliquo tempore ipse in amphiteatro cōstātinopoleos expectaret: cepit clamare popul⁹ crudele bestiarū artifex parabolis pugnet. At ille nesciens inquit quia consueuim⁹ nos expectare clemēter? Tanta eīm pietate precelluit vt omnes quidem deo cōsecratos honoraret: precipue tñ quos audiebat veneranda actione pollere. Fert aūt quia dum cōstantinopolim eps chebronensis fuisset mortu⁹/sagum ei⁹ valde sordidissimū quesierit/eoq; circūamictus sit: credēs se aliquid ex defuncti sanctitate pmereri. Cum aliqñ aeris tēpestas esset ⁊ ille circum pp̄ter populū expectaret: pleno circo tēpestas vehementius agebat multo imbre diffuso. Dūq; hoc fieret suam voluntatem imperator aperuit/fecitq; per preconem clamari qr melius esset spectaculum contemnere ⁊ oēs rogare deū vt illesi ab imminente tēpestate seruarētur. Quo dicto cūcti deo magno gaudio supplicātes hymnos cōcorditer offerebant/⁊ tota ciuitas velut vna psallebat ecclesia. In medio autem horum imperator existens priuato schemate properebat. Nec spe sua frustratus est. Repente nanq; aer ad serenitatem diuina clementia reuocatus: annū prebuit frugibus vniuersis vberrimum. Si quando bella mouerentur secundū dauid confugiebat ad deū sciens eū preliorum autorem: inimicos orationibus superabat.

¶ Capitulum.xviij. A

Post paululū itaq; tēpus partici belli defuncto imperatore honorio/cōsulatu asclepiodoti ⁊ mariniani augusto mēse: quō ioannē tyrānū deo se cōmittēs superauerit enarrabo. Sicut eīm tunc sub moysen hebreis cōtigit rubrū trāsire mare/talia etiā ei⁹ ducibus euenerūt dū eos mitteret cōtra tyrannū. Defuncto siquidē sicuti diximus honorio principe cognoscens theodosius celauit factum: ⁊ alia dicendo diuersorū suspitiōib⁹ obuiauit. Inter hec mittit magistrum militū in salonas ciuitatē dalmatiarum: vt si qua bellorū commotio pueniret circa partes hesperias vicinis adiutor esset. Quo facto mortē patrui patefecit. Inter hec ioannes primus imperialiū cōscriptorum nō ferens suā felicitatem imperium cōtendit arripere. Misitq; legatos ad imperatorem theodosiū petens vt eius, susciperet imperium. At ille legatos quidē reclusit in carcere misitq; magistrum militū ardaburium qui multū laborauerat apud persas: hic salonam veniens exinde nauigauit aquileiam. Contigitq; ventum aduersum flare ita vt tyranni manus incideret. Quo capto sperabat ad necessitatē peruenire theodosium: vt per hoc eum decerneret imperatorem si vellet magistrū militū liberare. Imperator tñ vt audiuit factū estuabat ne quid mali ardaburius sustineret. Aspar vero ardaburij filius B cognoscēs patrē a tyranno teneri multa millia barbarorū in solatio tyrāni cōsistere qd faceret ignorabat. Quo tūc imperatoris orone pualuit. Angelus eīm dei sub schemate pastoris educebat asparem: et oēs q̄ cū eo erant ac p paludem adiacētē rauennā ad loca sperata peruenerūt. In eamq; ciuitatē tyrannus degens habebat exercitū vnde nullus aliqñ transisse fertur. Tūc de⁹ ergo madibilē terram fecit adibilē. Trāseuntes nāq; per siccā paludis aquam apertasq; inuenientes ciuitatis portas tyrannum quoq; detinuerunt. ¶ Tunc ergo piissimus imperator reuerentiam quā circa diuin=

tatem habebat ostendit. Dum eni circū expectaret nūtiatū est ei tyrannum fuisse peremptū. Quaobrē sermonē fecit in populo dicēs: venite si placet relinquētes hāc volūtatē & pergētes ad ecclesiā gratificos deo soluamꝰ hymnos: cuiꝰ manꝰ tyrānū ꝯsumptionibꝰ obuiauit. Quo dicto spectaculo cessante p mediū circū cūcti cū eo cōcorditer gratias agētes ad ecclesiā cōuenerūt ita vt tota ciuitas vna videret ecclesia. Venientesq; ad locū oratio nis iugi dic gratias dn̄o retulerunt.

¶ Explicit liber vndecimus.

¶ Incipiunt tituli libri .xij.

i De ortu valentiniani principis filij placidie.

ij De bonis actibus attici constātinopolitani pontificis.

iij De ordinatione sisinnij & moribus ipsius & qr proclus ordinatꝰ cizici nō sit susceptus.

iiij De ordinatiōe nestorij ꝗ sub eo in ecclesijs mala prouenerunt.

v De ephesino concilio contra nestorium.

vi Quō ioannes anthiochenꝰ cirillum damnauerit.

vij De ordinatione maximiani con stantinopolim.

viij Quāti epi ex alijs ad alias ecclesias sunt mutati.

ix Quō apud cretam quodā iudeo dicēte se esse moysen plurimi iudeorum deceptione sūt mortui & reliqui facti sunt christiani.

x De magno incendio cōstantino polim facto & morte maximiani atq; constitutione procli.

xi De cōuersatione & moribꝰ pcli.

xij De victoria barbarorum.

xiij Quomodo filia theodosij valentiniano sit iuncta.

xiiij Quō corpus ioannis epi sit constantinopolim reuocatum.

xv Quō eudoxia vxor imperatoris ad hierosolymam properauit.

xvi Quia proclus thalassium senatorē autoritate sua cesarie capadocie fecit episcopum.

¶ Incipit liber duodecimus.

¶ Capitulum primum.

Igitur occiso tyrāno cogitabat theodosiꝰ imperator cui deberet hesperiarū regna cōmittere. Tūc valētinianꝰ erat valde puer natꝰ ex matre placidia eiꝰ qdē amita filia & o ma ioris theodosij archadij & honorij soror de pfe cōstātio q ab honorio imperij iura susceperat paruoq; tpe cū eo regnauerat. Hūc ergo valētinianū cōsobrinū suū cesarē factū: mittit ad partes italie: cum quo matrē pariter placidiā eiq; vniuersaz dispositionē ꝯmisit imperij. Cūq; voluisset ipse quoq; italiā pergere vt cōsobrinū ad imperij culmē eucheret: quatenus sui vigore tyrānorū remoueret audaciā: veniēs vsq; ad thessalonicā lāguore prohibitus est. Quaobrē coronā īperialē post hec cōsobrino p patricium stilicōnem mittēs cōstantinopolim remeauit. Hec de talibus retulisse sufficiat.

¶ Capitulum .ij.

Igitur atticus episcopus causas ecclesie sapientia mirabiliter disponebat doctrinisq; populū ad virtutis studia puocabat. Cūq; videret diuisam ecclesiaz cū ioānite seorsum apud semetipsos sacra solēnia celebrarēt: iussit vt in cronibꝰ memoria ioānis haberet sicut aliorū dormiētiū epoꝝ fieri ꝯsueuit: p hoc sperās plurimos ad ecclesiaz reuocare. Largus aūt sic erat vt nō solū pauperibus suarū parochiarū sed etiā in vicinis ciuitatibꝰ multas pecunias p egentium cōsolatiōe trāsmitteret. Calliopio nāq; pbytero ecclesie nicene trecētos aureos diriges hec scripsit. Calliopio atticꝰ i dn̄o salutē. Cognoui decē millia esurientes in ciuitate aptis exhibēda egere misericordia. Decē millia & cū dico multitudinē intelligo, nō pfectū numerū cōprehēdo. Quia igitur ego quidē habeo preceptū numerū datū ab eo qui manus habet munificā: & prebet cōgruis dispēsationibꝰ & cōtigit aliquos indigere habentes non tn̄ qui nesciētes/suscipiēs o charissimus mihi caput hos trecētos solidos expendē sicuti volueris: & maxime

illis qui petere confunduntur: et non eis qui propter vitę ventrem magis negotiantur ex talibus. Non igitur vel religionē in hac parte cōsiderare sed vnā tantūmodo rem obseruauit nutrias indigētes: nec cogites si q̄ nostra sunt sapere nō vident. Sic igitur atticus etiā procul indigentiū habebat curam sed etiā superstitionē aliquorū studebat abscidere. Audiēs etenim nouacianos iudaicū pascha sequētes propter sabbatiū fuisse diuisos: eiusque corpus ab insula rhodi vbi mortuus fuerat trāslatū et plurimos ad tumulū eius orare noctā ter/mittēs in aliud sepulchrū corpus sabbatij iussit abscōdi. At illi cōsuete venientes effossumque reperiētes tumulū de cetero eū locū colere quieuerūt. Erat enim circa nola locorum studiosus. Nā dū quidam portus in ore pōti euxini cōstitutus ex antiquo farmacus appellaret .i. venenarius mutato noie eū locū senatorium nominauit ne dū ibi collecte predicarent nole blasphemo locus ipse designaret. Sed et aliū locū argyropolim pro huiusmodi causa nominauit chrisopolis .i. in capite bosfori cōstitutū: huius multi antiquorum faciunt mentionē de qua ciuitate xenofon in primo libro helladicorum dicit: quia eam murauit alchibiadis et in ea cōstituit vt qui nauigabāt de ponto: decimas ibi prebe rent. Uidens ergo atticus locū in cōtraria ripa chrisopoleos positū delectabilē et decorū ait: Argiropolim nominet. Qui locus eius repēte cognomē obtinuit. Igitur quibusdā dicētibus ei nō debere nouacianos intra ciuitatē missas facere. Nescitis inquit quantū nobiscū in persecutiōe cōstantij atque valētis fuerint passi q̄ etiam testes sunt nostre fidei. Nā cū dudum ecclesia fuerit diuisa isti circa fidē nihil innouauerūt. Pro episcopi ordinatiōe aliquando veniens in nicea asclepiadē nouacianorū vidit episcopum valde senem: interrogauitque quot in episcopatu annos haberet. Quo respondente quinquaginta, Felix inquit homo es tanto tempore boni operis curam habens. Super hec ait. Ego quidem nouatū laudo nouacianos non approbo. Tūc asclepiades. Quō hoc dicis episcope? Uerum atticus: illū inquit laudo quoniam his qui sacrificauerāt cōicare nō voluit: hoc etiam egoipse fecissem. Nouacianos autē non laudo: quia pro vilibus vitijs laicos gratia communionis excludūt. Asclepiadis dixit. Extra sacrificādi inquit peccatū etiā alia plurima sunt delicta secundum scripturas q̄ ducunt ad mortē propter quas vos quidem clericos: nos autē cōmunicare etiā laicos prohibemus deo soli eorum remissionis iudiciū cōmittētes. Atticus igitur etiā suā prescripsit mortē. Nam cum a nicea discederet callipio presbytero dixit. Ante autūnū cōstātinopolim venire festina si viuū me denuo videre desideras: Si tardaueris non videbis. Quo dicto mētitus nō est. Anno nāque .xxi. sui episcopatus: decima die mensis octobris est mortuus: consulatu theodosij .x. et valentiniani cesaris primo.

Capitulum tertium.

Porro theodosius imperator a thessalonica reuertēs eius exequias nō uenit. Ante vnū nāque diem quā ingrederetur ille sepultus est. Post paucos vero dies .i. viginti tres mēsis octobris nuntiatum est quod valentinianus infulas suscepisset imperij. Post obitū igitur attici fit maxima de episcopi ordinatione contentio: alijs aliū postulantibus quidam philippum presbyterum querebant: alij proclū itē presbyterū. Sed omnis populus communiter desiderabat ordinari sisinnium qui et ipse presbyter quidē erat. In nulla tamen ciuitate ordinatur sed in suburbano constātinopolis cui nomē oliua ē ministrabat. hoc suburbanū est positum cōtra faciem ciuitatis vbi dies ascēsionis saluatoris solēniter celebratur. Hūc ergo virū omnes laici diligebant pro sui reuerētia: et maxime quia fouebat paupes vltra sui mensuram. Preualuit ergo votum laicorum et sisinnius ordinatus ē vicesimaoctaua die februarij mēsis: consulatu sequēti theodosij duodecimo et valentiniani iunioris secundo. Philippus autem presbyter cui prepositus fuerat sisinnius in historia christiana in qua triginta sex libros ipse conscripsit ordinationem sisinnij valde lacerauit derogans ordinato

⁊ pariter ordinātibus ⁊ maxime laicis. Is enim philippus a ioanne epo dyacon⁹ ordinatus: multa quoq; cōscripsit cōtra iulianū imperatorem: cuius tn̄ historia mihi multam videtur habere confusionē ⁊ nō satis prodesse legentibus. Sisinnio igitur ordinato cōtigit eū obire ciziceni. Tunc sisinnius proclum in cizico cōsecrauit qui anteq̄ꝫ proficisceretur ad cizicum ciues recedētes palmacium monachum sibimet ordinarunt paruipendentes regulam qua iubetur preter cōstantinopolitanū episcopum ordinationē fieri nō debere. Quod ideo ciziceni neglexerunt: q2 attico soli hec lex personaliter prestita videbatur. Mansit ergo proclus nō habens ecclesiam propriam: qui tn̄ in doctrina ecclesiarum cōstantinopoleos valde florebat. Igitur sisinnius cum duos in episcopatu compleuisset annos defunctus est cōsulatu hierij ⁊ ardeburij vicesima quarta die decēbris mēsis vir famosissimus castitate ⁊ rectitudine vite sue māsuetus moribus sine vllo figmēto remotus a causis. Quāobrē curiosis viris tristis ⁊ inefficax videbatur.

¶ Capitulum. iiij.

Defuncto sisinnio imperatoribus visum est nullum ex ecclesia cōstantinopolitana ordinare pontificē eo quod essent vane glorie ⁊ sibimet arrogātes. Cum itaq; multi philippū plurimi proclum habere desiderarent interea ab anthiochia visum est vocari debere antistitem. Erat enim ibi quidam nestorius nomine genere germaniciensis. bone vocis et simul eloquij. Ideoq; eū q̄si opportunū, doctrinis eius cauerunt. Cūq; transissent tres mēses nestorius venit ab anthiochia qui castitate inter plurimos precipuus habebatur. Quibus aūt fuerit moribus institut⁹ sapientes a primo eius sermone nō latuit. Ordinatus enim decima die mensis aprilis consulatu felicis et tauri mox illam deuulgatam coram omni populo protulit vocem: faciens sermonē ad principē. Da mihi inquit o imperator terrā purgatam hereticis: ⁊ ego celū tribuo: debella mecum hereticos ⁊ ego tecū debellabo persas. Hec cū dixisset licet quidā odio haberent hereticos tn̄ leuitas sensus ei⁹ ⁊ indignationis initiū et vane glorie tumor eis valde displicuit: quia neq; paruulum tēpus sustinēs ad talia verba descēdit ⁊ scdm prouerbiū vt ita dicā cū neq; ciuitatis adhuc gustasset aquā persecutor feruentissimus apparebat. Quinta vero ordinationis die oratoriū arrianorum in quo latenter cōueniebant auferre volēs eos ad tantū furorem perduxit vt eundē oratoriū cōcremarent. Que causa etiam vicinas cōsumpsit edes turbaq; vehemēs in ciuitate puenit. Verū arriani semetipsos defendere pparabant: sed eorū consiliū custos ciuitatis dn̄s impediuit. De cetero aūt ipsum nestoriū vocabant incendium nō solum heretici sed etiā qui eius fidei cōcordabant. Non enim eos simile patiebatur sed semper cōtra hereses machinatus quantū ad se subuertit fundit⁹ ciuitatē. Nouacianos autem depopulari tentabat eo q̄ paulus eorum episcop⁹ preditus esse reuerētia diceretur sed proceres eius impetū refrenarunt. Quanta vero circa asiam lidiam cariam: contra quartodecimanos mala commiserit et quanti propter eum circa miletum ⁊ sardis facta seditione sint mortui nūc omitto. Quam vero propter hec propter inefrenatam linguam receperit vltionem post pauca narrabo. Nunc itaq; res memorabilis iudicanda est. Quedam insula vltra rhenum fluuium est burgundionum. Isti vitam quietam agunt ⁊ pene omēs fabri lignorum sunt ex qua mercede pascuntur: quorum regionem huni crebra inuasione vastabant ⁊ plurimos occidebāt. At illi licet anxietate cōstricti ad nullum se tamen hominem cōtulerunt: sed alicui deo se cōmittere cogitabant. Tūc audientes q2 romanorū de⁹ fortiter adiuuat se timētes: oēs cōi cōcilio ad credulitatem christi cōfugiūt. Venientesq; in vnam ciuitatē galliarum rogabant: vt ab epo christianorū baptisma mererētur. At ille eos septē diebus faciēs ieiunare ⁊ imbuens fide baptizans eos octaua die abire pcepit. Qui sumpta fiducia cōtra tyrānos alacriter festinabant

